Carmen adonicū maxime & iucūdistime sapphici iungitur, ita vt post tres versus sapphicos vnus sequatur adonicus sn̄iam terminans. Ea de re eius compositio nunc dicenda venit. Nomē habet ab adone adolescēte pulcherrimo. Veneri dicato, & venatore sagaci, eo q̄ cum forte aprum Veneris læsit ab eo occisus fertur. Dicitur enim dimeter versus. Nam ex duobus dumtaxat conflatur pedibus, ex primo videlicet dactylo & secundo spondeo aut trochæo vt hic.

## SAPPHICVM

Phosphore æternæ dator & minister  
 Lucis & noctis nebulas opacas  
 Atq; funestas remouens tenebras  
 Lumine claro.

Cur diem velox properas olympto  
 Reddere heu nostris inimice votis  
 Dum meos artus agasina tangens  
 Gaudia confert.

Carmē adonicū male sonat repertū in vna dictione, vt interiturū, exuperasti, sed prima dictione trium & secūda duarum syllabarū debet esse. Vele contrario. Est & hoc obseruandum in illo carmine, q̄ epi theta dictionū contentarum in carmine adonico debent poni in carmine præcedenti, vt videantur condependere, vt ita loquar:

### DE ASCLEPIADEI CARMINIS. nominibus & structura.

Asclepiadeū carmen quod ad magnanimos creberrime scribitur viros nomen accepisse creditur ab inuētoꝛe Asclepiade, Choriambi cum a pede dominiū obtinente in eius structura. nam primā eius regionem semper spondeus occupat, secundam & tertiam semper choriambus ex prima & vltima longis & duabus medijs breuibꝛs cōstans Quartam vero Pyrrhichius ex ambabus breuibꝛs aut iambis. Nam nulla lege coercetur vltima. vt Meccenas atavis edite regibus, O et præsidium & dulce decus meum. Item potest etiā componi per dactylos, itaq; prima habet spondeum, secunda dactylum, & in tertia syllaba sit superabundans, & in vltimis duabus dactylus.

S Primo spondeus  
 Secundo dactylus

Situatio pedum metri  
 Asclepiadei

Tertio vna syllaba superabundans quæ  
 debet esse longa, vel per figuram breuis.  
 Quarto dactylus

I Quinto dactylus.

### DE PHALETICO.

Phaleciū carmē ab inuētoꝛe dictū, vnde Terētianus. Hoc cereri meo cātasse Phalecius hymnos. Dicit hinc metrō dixere phaleciō istud, Trochaicū perhibet a pedis dominio. Et pentametru a quinque pedibus quibus cōficitur. Recipit em̄ in prima regiōe spondeū, in secūda dactylū, in tertia & quarta trochæū solū. In quinta similiter trochæū vel spondeū vltimæ gratia, in prima etiā eius regione quod rarū & fugiēdum est iābus inuenitur. Catull⁹, Meas esse aliquid putare nugas. Sic in ter-

## DE PHALETICO

tia regione. Boetius. Fatum sub pedibus egit superbum, Exemplū. O rerum pater o benigne factor qui mortalia cernis ordinatq.

§ Primo loco spondeus

Secundo dactylus

Pedes Tertio |

Quarto Trocheus vel spondeus in quinto solū loco.

| Quinto |

**DE IAMBICO CARMINE.** Iambicū carmē trimetrū ab iābo sic dictū, ab Archilochō primū inuentū. Constat em̄ pedibus sex. Recipe pōtes locis oibus iambū maxie apud tragicos. Dactylū & tribrachū locis oibus p̄ter nouissimū, Spondeū. anapæstū locis t̄m imparibus. Et nōnunq̄ in sexto spondeū, Loci impares dicūtur primus tertius & quintus. Pares verō secūdus quartus & sextus. Quæri autē solet cur trimeter appelletur, cū senos accipiat pedes, qm̄ scilicet tanta est breuitas pedū vt iuncturæ binos cōplectantur pedes, iambū autem pedem esse celērem ostendit Horatius. Syllaba longa breui subiecta vocatur iambus, pes citus. Antea totus versus iambicus iambis cōstabat, nunc adhibentur etiā nothi. Vnde est illud Horatij in poetica. Primus ad extremū similis sibi, id est antea totū iambicū metrum iambis cōstabat, nunc vero vt dictū est adhibētur etiā nothi. Vnde quia in sexto pede retinuit h̄mōi carmē spondeū siue trochæū, cum iābo aut pyrrhichio claudi deberet, appellatū est scazon. i. claudicās, q̄ quasi alienis pedib⁹ in fine maxie sustentet & claudicet. Mart. Apollinarē conueni meū scazon. Et differt a p̄fecto senario iābico, q̄ hic in sexta sede spōdeus esse debet, in quinta semp iambus. Iambicū adinuentū est ad nocendū ab ἰαμβῶ, id est noceo. Archilochum lacedæmonii inuentorem fuisse testatur Horatius. Archilochum proprio rabies armauit iambo.

§ Iambus b. l.

§ Primo Spondeus. l. l.

Quarto iambus

| Anapæstus b. b. l.

§ Iambus

Pedes iambici carminis.

Secundo iambus

Quinto Spondeus

§ Iambus

| Anapæstus

Tertio Spondeus

Sexto iambus.

| Anapæstus.

Dactyl⁹ l. b. b. Tribrach⁹. b. b. b. oibus locis ponūtur p̄ter nouissimū.

### SITVATIO PEDVM IN METRO

pentametro siue elegiaco.

Primo loco dactylus l. b. b. vel spondeus. Secūdo dactylus spondeus.

Tertio spondeus sine figura. Vel iambus cum figura.

Quarto anapæstus solus b. b. l.

## DEIAMBICO

Quinto tribrachus solus b. b. b. Vel anapæstus b. b. l.  
VEL MELIVS.

Primo dactylus spondeus. Secundo dactylus spondeus.

Tertio sit tantum vna syllaba terminans partem orationis.

Quarto dactylus solus. Quinto dactylus solus.

Vltimo manet syllaba superflua terminans partem orationis.

### DE DIVERSORVM VERSVVM.

connexionibus ex Sulpitio.

¶ Iam varias versuū connexionēs ostendam. Sed primū nosse oportet singulas fere species per se stare & librū etiam conficere posse, diuersisq; materijs diuersa genera carminū accommodanda & Flaccū & Ouidium p̄cepisse, itaq; bella regū ducūq; negocia magna heroico carmine cōplectemur. Querimonias iocos & læticia elegiaco. Sed eo etiā in sacris est vsus Ouidius. Cōiucia iambico eodēq; res comicas humilium personarū gesta & sermōes Eodem principū scelera & tragedias exponemus. Lyricis vero oīa illa q̄ Hora. demonstrat in arte poetica, cuius te studiosū esse cupio. Musa dedit fidibus diuos puerosq; deorū. Et pugilē victorem & equū certamine primū. Et iuuenū curas & libera vīna referre. In alijs vero doctōrū sequemur exempla. Hæc quoq; sunt necessaria cognitu, Carmē vno versuū genere cōstans monocolon. i. vni mēbre dicimus vt Lucani. Quod aut̄ duobus gñibus, dicolon. q̄ d̄ tribus tricolon. Illud aut̄ quod secūdo loco accipit uarietatem quia ad primū post duos cōuertimur distrophō appellamus ut est elegiacū. Quod quarto loco tetra strophon vt sapphica adonicū præcedentia. Nunc de dicolis distrophis, inde de reliquis differamus.

### CARMINA DICOLA DISTROPHA.

¶ Heroico versui annectitur elegiacus, q̄ cōnexio elegia dicit̄, & fit dicolos distrophos, ut Augustā gryphis dñam te semp̄ amabo. Respice cultorē gens perusina tuū. Heroico subiicitur almanicus dactylicus tetrameter acatalecticus, cōstans quattuor dactylis aut spōdeis siue promiscuis, vt Laudabunt aliq̄ claram rhodon aut mytilenem. Aut ephesum bimarisiue corinthi. Hora. Heroico iungitur archilochius dactylicus dimeter hypercatalecticus, vt diffugere niues redeunt iam gramina campis. Arboribusq; comę. Hora. Heroico archilochius constans dimetro iambico acatalectico & p̄timemeri heroica, vt Horrida tempestas cœlum contraxit & imbres. Niuesq; deducit louem nūc mare nunc syluæ. Hora. Heroico archilochius dimeter acatalecticus cōstans iambis quattuor, sed imparibus trochæū siue spondem admittēs, vt Mollis inertia cur tantam diffuderit imis. Obliuōem sensibus. Horat. Heroico hipponactius trimeter iungitur, constat iambis sex, quem in

## DE METRORVM

locis paribus feruat, vt Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas. Suis & ipsa roma viribus ruit. Hora. Choriambico monometro anacreontio qui constat choriambico & bacchio subditur sapphicus trimeter choriambicus. Epitritio secundo & duobus choriambis cõstans & bacchio vt Lidia dic per omnes. Te deos oro sybarim cur properas amando. Hora. Choriambico gliconico trimetro qui fit spondeo choriambico & pyrrhichio nectitur. Asclepiadeus, cõstans spondeo dactylo pentimemeri duobusq; dactylis vel spondeo duobus choriambis & iambico vt Sic te diua potens cypri. Sic fratres helenæ lucida sydera. Hora. Archilochio dactylico qui cõstat tetrametro bucolico & tribus trocheis, iungitur Archilochius ex pentimemeri iambica & tribus trocheis, vt Soluntur acris hyems grata vice veris & fauoni, trahuntq; siccas machinæ carinas. Hora. Archilochio acatalectico qui constat amphimacero & duobus iambis. Hipponactius catalecticus ex quinque iambis & syllaba, vt Non ebur neq; aureū. Mea renidet in domo lacunar. Hora. Archilochio iambico trimetro acatalectico qui spondeū & anapestū in imparibus recipit Archilochius iambicus dimeter acatalecticus, vt Quicūq; sola mente precipiti petit. Summāq; ardet gloriam. Boe. Archilochio trimetro subditur elegiacus, vt Quamuis fluente diues aurgurgite. Non expleturas cogat auarus opes. Boe. Hipponactio iambico trimetro acatalectico archilochius dimeter acatalecticus iambicus, vt Ibis liburnis inter alta nauium, amice propugnacula. Hora. Hipponactio trimetro acatalectico iungitur sapphicus ex pentimemeri heroicæ & dimetro iambico, vt Pesti nihil mesicut antea iuuat. Scribere verficulos amore percussum graui. Horatius, Asclepiadeo qui spondeo dactylo pentimemeri duobusq; dactylis cõstat nectitur pherecratius inter duos spondeos dactylum habens, vt si quãtas rapidis fluctibus incitus Pontus versat arenas, Boetius. Asclepiadeo supradicto Archilochius iambicus dimeter acatalecticus iungitur, vt heu heu quam miseros tramite deuiō. Abducit ignorantia. Boetius. Sapphicus qui fit ex trochæo spondeo dactylo & duobus trochæis adiicitur Gliconicus dactylicus ex spondeo duobusq; dactylis, ut Cum polo Phœbus rosis quadrigis. Luce[m] spargere ceperit, Anacreontio iambico dimetro catalectico pherecratius trimeter iungitur, vt Quisquis volet perennem, Cautus ponere sedem. Boetius. Phalæctico pentametro endecasyllabo iungitur Archilochius ex duobus dactylis totidemq; trocheis, vt Quis te tyrio superbus ostro. Comeret & niueis lapillis, Boetius. Phalæctico eidem elegiacus, ut Quid tantos iuuat excitare motus, & propria vatum sollicitare manu, Boeti. Alcmanio dactylico tetrametro acatalectico annectitur Archilochius dimeter iambicus acatalecticus

## CONNEXIONIBVS

cus, vt Sunt etenim penne volucres mihi. Quæ celsa conscendant poli, Boeti. Alcmánico dactylico trimetro hypercatalectico spondeum vbiq; suscipienti pherecratius anapæstum quandoq; admittens adijcitur, vt Omne hominum genus in terris. Simili surgit ab ortu, Boet. Alcmánico dimetro trochaico acatalectico pherecratius, vt Quos vides federe celsos. Solij culmine reges, Boetius.

### CARMINA DICOLA TETRASTROPHA.

Asclepiadeis dactylicis tetrametris tribus, gliconius adijcitur, & fit dicolos tetrastraphos, vt scriberis vario fortis & hostium. Victor Meonij carminis alite. Quam rem cumq; ferox nauibus aut equis. Miles te duce gesserit. Horatius. & hymnus. Festum nunc celebre. Sapphicis dactylicis tribus adonius dimeter dactylicus iungitur, vt iam satis ter ris niuis atq; diræ. Grandininis misit pater ac rubente. Dextera sacras iaculatus arces, Terruit urbem. Horatius.

### CARMINA TRICOLA TETRASTROPHA.

Asclepiadeis duob; tetrametris subditur pherecratius statimq; gliconicus huic adijcitur, et fit tricolos tetrastraphos, vt Quis multa gracilis te puer in rosa. Perfusus liquidis vrget odoribus. Grato pyrha sub antro. Cui flauam religas comam. Horatius. & hymnus Gaudet visceribus, Alchaicis duobus ex iambica pentimemeri duob; dactylis hæret archilochius iambicus dimeter hypercatalecticus spondeum suscipiens in imparibus, quem statim pindaricus tetrameter sequitur, vt Vides vt altum stet niue candidum Soraæ nec iam sustineant onus, Syluæ laborantes geluq; Flumina constitierint acuto. Horatius. Catalecticus autem versus dicitur cui vnâ syllaba deest.

Brachycatalecticus cui duæ. Acatalecticus qui legitimo fine concluditur. Hypercatalecticus cui vnâ syllaba superest.

### DE PEDIBVS EX SVLPITIO.

Es est syllabar; & tempor; certa dimensio. Et a similitudine pedū corpis versuū pedibus nomē inditū uidetur. Quē admodū corpore moueri pedib; videmus, ita versus ipsi cū scanduntur quibusdā pedibus incedere videtur. Accidunt autē pedes sex. Arsis et thesis, numerus syllabar; tempus, resolutio, figura & ordo. Arsis & thesis est eleuatio vocis & positio, vt arma, ar eleuatio ē, ma positio est, q̄ in paucioribus duabus syllabis fieri nequit. Numerus syllabarū accidit, vt spondeo duar; dactylo triū, choriambo quattuor. Tempus est ipsa mora pronūciandi. Resolutio dicit vnâ syllaba pro duab; vel e regiōe si syllaba lōga pro breui vel cōtra, uel si pes pro pede ponatur. Figura duplex est. Simplex ut in disyllabis trisyllabisq; pedibus, q̄ proprie pedes dicit solēt, Cōposita vt quadrisyllabis qui improprie pedes

## DE PEDIBVS

dic videtur, non quod alij sint a simplicibus sed quia quedam coniugationes seu compositiones ex simplicibus dici possunt. Ordo autem accedit pedibus, quia certo ordine & serie in carminibus ponuntur in quibus nos ut nris, sic illi debito & regulato ordine incedere vident. Perspectis pedum accidentibus iure subiungitur diuisio. Diuiduntur enim omnes pedes hic numero duo detriginta in tris partes. Disyllabos uidelicet, trisyllabos & quadrisyllabos. Disyllabos sunt quatuor, quorum pyrrhichius est primus, ex duabus syllabis breuibus constans ut deus. Dicitur autem a Pyrrho qui primus victoria potitus frequentibus pyrrhichijs laudatus fertur. Vel ab inuento resic denominatus, & alio nomine etiam periambus dici potest. Secundus est spondeus duabus longis constans ut Fornax, pedum oim legitimus, qui in heroico carmine omnem vendicat sibi locum, licet in quinto praro reperitur. Dicitur a sponde graeco quod libamentum fesusque ac sponsonem apud nos significat. In sacrificijs enim & libamentis eo maxime utebantur. Tertius est iambus ex prima breui & longa altera constans, ut sylex, quem auctore Fabio, non admittit versus heroicus. Ab inuente ut nonnullis placet, sic dicitur. Alij autem a graeca dictione iamvisin deducunt, quod contumeliari & inuehi significat. Et Festo teste. Iambi dicebantur, qui singuli ex proscaenio loquebantur. Trijambi qui terni.

Quartus est trochaeus, qui & choreus dici potest, constans ex longa & breui, ut magnus, propter celeritatem & volubilitatem sic dicitur, & quod rotatiim & celeriter dicitur. Nam trochos graece latine rota dicitur. Vel posset etiam denominari a graeca dictione trechin id est a currendo, quia cursum suum habeat de longa syllaba in breuem. A Mercurio repertus & vltimum locum tenet. A graecis etiam trochaeos appellatur. Trisyllaborum pedum sunt octo, quorum primus est Tribachus ex tribus breuibus constans, ut Marius, qui etiam choreus dicitur, quod frequenter in choreis veteres vsi sint. Denominatur autem tribachus a tris & brachys. Quod breue significat, eo quod tres brachas, id est breues habet.

Secundus est Molossus ex tribus longis constans, ut sanxerunt. A molossa hoc est epirotica saltatione sic dicitur. Vel quod eo metri genere Odasin templo Iouis canere consueuerant, ad laudem et memoriam Molossi, Pyrrhi & Andromaches filij, a quo etiam Molossa regio, pars Epiri nomen sumpsisse existimatur. Tertius est Anapaestus ex duabus breuibus & longa constans, ut rabies. Componi videtur ex ana .i. re & pao .i. ferio, eo quod repercutiat dactylum sono reciproco, a graecis enim antidactylus, quasi dactylo contrarius noiaur. Quartus est Dactylus ex longa & duabus breuibus constans, ut agmia. A dactylo graeco quod digitum significat deriuari videtur, a similitudine uidelicet digitorum, qui ex tribus partibus constant, vna longiore duabus breui.

## DE PEDIBVS

oribus. Quintus est amphibrachus ex lōga inter duas breues cōstans vt amauit. Sic dictus, q̄ in vtraq; parte habeat breuē ab am. i. circū & brachys q̄d est breuis. Sextus est amphimacrus cōtrarius amphibracho ex breui inter duas longas cōstans, qui etiā aphimacer vel cretic<sup>2</sup> dici potest. Vocatur autē amphimacrus, eo q̄ ex utraq; parte longam habeat, macros em̄ longus significat. Septimus est bacchius ex breui & duabus longis cōstans vt biberūt, sic dictus, q̄ eo gñe utebantur in carminibus sacrorū Bacchi, Octauus est antibacchius vel palumbus qui & croneus dicitur, ex duabus longis & breui consistens vt dilexit. Dictus antibacchius q̄ bacchio om̄ino sit contrarius. Quadri syllaboꝝ sunt sedecim, quorū primus est proceleusmaticus ex quattuor breuibus cōstans vt reijcere. Dictus quasi primitus iussus vt Callepino placet, eo q̄ in sacris Mineruæ prius eius pedis versus pronūtiari videbantur, pro enim græca dictio ante, & Celeuo iubeo significat. Secundus est dispondeus, ex quattuor longis compositus vt ambubaizæ fortunati, sic dictus q̄ ex duobus spondeis iunctus sit.

Tertius est ionicus minor ex pyrrhichio & spondeo cōpositus, habet enim priores duas breues & posteriores longas vt retulerunt. Sic dictus ab Ionio Arcadis filio, vel ab Ionibus inuētoribus, apud quos in vsu fuit. Quartus est ionicus maior ex spōdeo & pyrrhichio consistans ut munimine. Quintus est dijambus ex duobus iambis cōpositus, vt momorderant. Sextus est ditrochæus, ex duobus trochæis compositus vt Martialis. Septimus est antipastus ex iambo & trochæo compositus vt petiturus. Octauus est choriambus ex trochæo & iambo vt effigies. Nonus est pæon primus, ex trochæo & pyrrhichio vt carminibus. Dictus ab inuētoris nomine, vel q̄ hoc metro Apollinis canebant laudes. Decimus est pæon secundus ex iambo & pyrrhichio vt imagine. Undecimus est pæon tertius ex pyrrhichio & trochæo vt animabus. Duodecimus est pæon quartus ex pyrrhichio & iambo vt retulerant.

Tredecimus est epitritus primus ex iambo & spondeo ut amauerunt. Dictus ab epi id est supra, q̄ supra tres alias diuersa ponatur. In eo em̄ vna syllaba semper ab alijs tribus discrepat.

Decimus quartus est epitritus secundus ex trochæo & spondeo, vt impudici, conditores. Decimus quintus est epitritus tertius ex spondeo & iambo vt effecerant. Decimus sextus est epitritus quartus ex spondeo & trochæo vt oratoris, Constantinus.

RACEMATIONES BEBELIANÆ ET EXQVI  
sitæ obseruationes in carmine obseruandæ.



## RACEMATIONES

Ad Simonē cellarium illustris principis nostri Vdalrici secretarium virū spectatę eruditionis atq; integritatis, amicūq; singulararem epistola Henrici Bebelij Iustingensis.

¶ Cum nuper saluasssem cancellariū ceterosq; senatores principis viros, o bone deus, nescio quibus verbis, aut laudibus pro meritis ex tollēdo, mihiq; pro ampliori stipēdio consequēdo suam operā esse nē polliciti, studiisq; meis tranquillioribus p̄sidio futuros, senectuti quoq; consulturos liberaliter respondissent. Tu ibi & ip̄e ex consilijs principis egregiā tuam in me voluntatē non obscure declarasti, dū tuam operā diligentissimā pro mea promotione, atq; cōmendatione mihi pręsto futurā semper citra merita mea, promiseras. Placuit itaq; mihi plusq; dici potest, me victoriosissimo principi nostro tam esse cōmendatū, eiusq; senatoribus viris profecto in omī genere virtutis & eruditionis famigeratissimis. Gratulabarq; nō tam mihi q̄ vniuersis literis humanioribus, dum tāta ratio doctrinę & studiosorum apud principē habeatur. Nam ut sepe testatus sum, nisi principes germanię suo auspicio, patrociniō & p̄sentia, cultioribus l̄ris suffragabūtur, nemo vnquā speret germanos ip̄os barbarię renūciaturos, aut cultiores l̄ras emeruras. Tot em̄ sunt hoies suis tm̄ studijs fauētes, qui gymnasiōrū nostrorū curam administrāt, vt parū musis locus hactenus relictus sit. Sed felicissimo quodā sydere nunc principū corda, doctissimorū virorū consilijs gubernātur, quorū ductū crede mihi, Germania in omī liberali eruditōe nō mediocriter florebit. Sed vt ad te redcā non miror cur me sepe ignorū tanto cōplexus sis fauore. Studiorū em̄ similitudo, miro quodā & incredibili amore, conciliat etiā eos nobis quos nunquā viderimus, proinde cum sis in h̄sdem mecū tersioribus literis non mediocriter literatus, & imbutus, ex cognato studio faues mihi nō vulgariter, sed nec ingrato etiam faues, aut minus amicitię respondentī, qui te colo singulariter, amauiq; anteq; cognouisssem, dum te cōmunis amicus noster Magi. Ioānes Rusbart ducalis cancellanus ex moribus integris, amoreq; literarū honestissima p̄dicatōe nobis iam olim colendū insinuasset. Perge igitur vt cepisti, me, studiososq; oēs cōmendatos habe. Et dū a principalibus negocijs ferias nato tuo nomini inscribas has racematōes, atq; exquiritores obseruationes gantia carminis, atq; perficiendū versificatorem & poetā non parū faciunt, et nescio an sine his p̄ceptis quisquā satis possit institui ad elegantius aliquid cōponendum, saltē quod manere & ad posteritatem transire debeat, vt legendo ipse luculentissime perspicias. Vale & me cōmendatum habe. Tubingę Idibus Iunij, Anno, M. D. VI.

## RACEMATIONES.

### CAPVT PRIMVM.

¶ Primū versificator misto liberior est in vocabulis q̄ orator. Nā capere pōt frequēter totū pro parte & ediuerso. Item inuentorē pro re inuenta & possessorem pro re possessa & similia, quod oratori nisi in paucissimis nō licet, exemplū. vt apud poetas Mucro p̄ gladio ponitur. & tectū pro domo, puppis pro nauī, abies pro tabellis, & pro gladio ferrū, aut pro equo q̄ drupes. Quę aliqua etiā oratori teste Quintiliano licēt, Rursus elegāter poetę. Cererē pro pane ponūt, Neptunum pro aqua, Vulcanū pro igne, Martē pro bello, Venerē pro coitu, Liberū & Bacchū pro vino. Item speciē pro gñe vt Vir. Dentescq; sabellicus exacuit sus, ibi sabellicū suem pro quolibet sue posuit. Et idē. Illas ducit amor trans gargara transq; sonātem Ascaniū, ibi gargara pro quolibet mōte, & Ascaniū pro quolibet flumie teste Seruio posuit. Itē sępe nomē pro aduerbio, vt Virg. sublime volans, & sole recens, ibi sublime et recens pro aduerbijs ponūtur. Item transuersa tuētibus hircis. & rauca sonant apud eundē Virgi. Nos sequi possumus exempla illustriū, noua inuenire non debemus, nec oratores teste Seruio vtuntur ista figura. Aduerbiū item in nomē transit, ut Dum mane nouum & Persius. iam cras hesternum consumpsimus ecce aliud cras.

### SECUNDVM CAPVT.

Sępe etiā apud poetas per syllepsim nūerus pro numero ponit ut Vir. Pars in frustra secāt. Idem. Vos o calliope p̄ cor aspirate canēti. Et casus pro casu, vt Idē. Curruq; volās dat lora secūdo. Curru pro curru. Idem. Namq; alijs victu inuigilāt, pro victui. Et qm̄ datiuū quartę declinationis & gñs & datiuus quintę declinationis raro quadrant in carmen hexametriū & elegiacum, frequenter poetę ablatiuū pro dtō ponunt, sed Seruius super carmē Virgilij, libra die, dicit, Non est apocope pro diei, sed regularis genitiuus, nam vt sępe diximus, obliqui casus numeri singularis, nō debent esse maiores nominatiuo plurali, quod verū esse Sallustius probat, qui in prosa ait, dubitauit acie pars. Hic est & illd̄, curruq; abscissa duo & suspēdit capita, hęc ille. Itē genus pro genere vt Virgilius in quarto. Solaq; culminibus ferali carmine bubo. Nam bubo est masculini generis. Luca. Et letę iurantur aues bone sinistro, & Ouidius. Infandus bubo. Dicit tñ Seruius. Virgilius mutauit genus referens ad auem. Sępe em̄ vt idē inquit mutamus genus refrēdo ad generalitatē. Et idem Vir. Acuta silex pro acutus. Nam vt eleganter dicit Seruius pene omnes hunc silicem dixerunt. Nam & Varro & Lucretius ita dicūt. Tanta tñ est Virgilij auctoritas vt persuadeat nobis etiā hanc silicē dici. Item sępe pro actiuis passiuā sunt posita vt pictis bellatur amazones armis, aut cōtra. Vir. Populatq; ingētem

## RACEMATIONES

farris aceruū. Et Proper. Hic olim ignaros luctus populauit achiuos.  
& Virgili. alibi medicare pro medicari. Hæc exēpla nos imitari possu-  
mus sed teste Seruio noua ad illorum exempla non formamus.

### CAPVT TERTIVM.

Epitheton quod adiectiuum vel appositum dicimus teste Quinti-  
liano, pulchre ornat orationem & nomen cui apponitur, eoq; poetæ  
& frequentius & liberius vtuntur, teste eodem. Cauendum tamen vt  
notauit Seruius iij. geor. ne vni nomini duo epitheta adiungamus,  
quod apud Latinos constat esse vitiosum.

### CAPVT QVARTVM.

Nota igitur optie lector vt nō trahas ad similia ea q̄ licenter a poe-  
tis dicuntur, nec licentia poetarū nisi rarissime & summa necessitate ad-  
ductus vtaris, p̄sertim in paucis epigrāmatibus. Illis em̄ quibus ab omni-  
bus iam diu eloquentiæ & elegantiæ tributa est opinio, solertia, maiestas  
& antiquitas suffragatur, magnūq; opus excusat, dum operi longo  
non esse somnū abnuēdum dicat Horatius, & repetat diuus Hierony-  
apud te autē ignorantia aut desidia existimatur, quod luculentissime  
tradit Diomedes dicēs. At is qui breuitati studet admittit solocismos  
quos cū doctifecerint, nō solocismi sed *σχηματα λογων* appellan-  
tur, vt est nuda genu. Et urbem quā statuo vestra est. Ibidē nudum ge-  
nu debuit dicere, & vrbs quā statuo. Idem barbarismi sunt quos cum  
vendicauerit docti metaplasmos appellāt, vt teucrū mirantur inertia  
corda, pro teucrorum, & aggeribus mærorū, & aulai in medio. Scias  
igitur multum concedi his qui totum opus faciunt, at q̄ aliquis in sese  
vel octo carminibus omēs licentias vsurpare gaudet, minime lauda-  
tur, immo ridiculus & imperitus existimatur, in quāritate autē syllaba-  
rum illustris poetæ auctoritas se sequacem eius habebit.

### CAPVT QVINTVM DE VITIIS CAUENDIS.

Vitia in carmine sicut in orōne quædā sunt quæ hic ex Martiano feli-  
ce accipiā. Ille igitur inquit, Cōpositionis p̄cepta percurrā, cuius vitium  
maximū est hiulcas & asperas voces, frenos etiā iotacismos, metacis-  
mos, labdacismos, homeopropherō, dispropherō & polysigma nō  
vitare, vel cuiuslibet l̄f̄e assiduitatē in odium repetitā, vt sale saxa sona-  
bāt. Et casus cassandra canebat. Et ita dicit Serui. lib. ij. ænei. sup. hoc car-  
men. Dorica castra, mala est cōpositio ab ea syllaba incipe qua supior  
finitus est sermo, nam plerūq; cacophaton facit. Et super hoc carmen  
Hic aliud maius miseris m̄stoq; tremendū. Dicit idem. Nam apud an-  
tiquos ab eisdem incipere vitiosum nō erat, vt Et sale saxa sonabāt, &  
casus cassandra canebat. Sed iā vitiosa est. Metacismus igitur orōnem  
vitiosam reddens est cū uerboꝝ coniuñctio in l̄f̄e assiduitate colliditur

47

## RACEMATIONES

vt si dicas mammā ipsam amo q̄si meā aiām. Labdacismus est, vbi l. plurimū dissonat, vt si dicas. Sol & Luna luce luceāt alba leni lactea: locacismus vbi i, vt si dicas. Iunio iuno iouis iure irascit̄. Polyigma vbi s̄ lra crebrius geminatur, vt Sosia in solario soleas sarciebat suas.

Homopropheron est cū dicit̄. O tite tute tati tibi tanta tyrāne tulisti, & Virg. in x. Portate quus cristaq; tegit galea aurea rubra, vbi Seruius inqt. sanchmōi versus pessimi sunt. Et in iij. enei. At regina pyra penetrati & c. Dicit Serutus notatus ē versus, vitiosa est em̄ locutio q̄ habet exitus similes. licet sit casuū dissimilitudo. Dispropheron vt si qs dicat p̄surasitricēs, p̄strigiatricēs, atq; inductricēs tigres, Asperē inter penul: vltimāq; verboꝝ maxie vitandæ, cuius exemplū est vt si dicas. Phaleras ablatas gratis aut si iuret auriga Per lora per flagella per frena.

Hiulcæ sunt cū in ea parte quā diximus similes vocales, ac s̄ lra longe collisam, hiantēq; structurā faciant, vt si qs dicat. Suscepisse se liberos secūdo omine. Et vt Tullius pro Milone ait, auctoritate publica arma re. Sed de ista asperitate & hiato loquitur Quintili. in ix. non oīno & sp̄ deuitādo existimans dū dicit. Proinde asperiores erūt prout oris hiantis si aut diuerso pronūciabūtur. Non tñ id vt crimē ingens expauescendū est, ac nescio an negligentia in hoc, an sollicitudo sit peior, Inhibeat em̄ necesse est hic metus impetū dicendī, & a potioribus auertat, quia vt negligentia est pars hoc pati, ita humilitatis vbiq; phorrescere. Quare dānandī sunt et spernēdi, qui collisionē in metro ex cōcursu vocaliū, vel lra m cū vocali, prohibēt fieri, aut carmē dedecore aut vitare existimāt. Nam nisi crebra sit in exornāda orōne, propter varietatem multū roboris atq; venustatis h̄re cōsuevit, hoc testat̄ Quinti. in ix. instituti. dicit̄. Nam & coeuntes lra q̄e ονυαλοιφαι dicitur etiam leniorē faciunt orōnem, quā si oīa verba suo fine claudātur. Nōnuq; hiulca etiā decent faciūtq; ampliora quædā, vt pulchra oratione acta oīno iactare, tum longa per se & velut optime syllabę aliquid etiam medijs temporibus inter vocales quasi intersistant, absumūt. Qua de re vtat Ciceronis potissimū verbis. Habet inquit ille tanq; hiatus & concursus vocaliū molle quiddā & quod incedit non ingrātā negligentiam, de re hominis magis q̄ de verbis laborantis. Nec vlla re Cicerō Dio mede teste, gloriosior est quam q̄ ad summa artis rhetoricę, mira artis dissimulatione peruenit. sunt insuper teste Capella, vitandi etiā freni qui fiunt ex asperrimis literis in vnū concurrentibus, vt est illud Terentij in Ecyra. Perpol quā paucos reperies meretricibus fideles euenire amatores Syra, vt etiā supra diximus. Item ab eisdē literis incipientia, vt est, non fuit istud iudiciū iudicij simile iudices. Et in eadem desinētia, vt fortissimoz proximatorum fidelissimoz sociorum.

## RACEMATIONES

In eodē vitio habebis. Consonātes insuper asperiores q̄ in cōmissū  
ra verboꝝ rixantur, vt Sextus roscius, ars studiorum, error Romull.  
Item s̄ vltima cū x proximo stridor est vastus, vt fluuius xanthus, de  
cept<sup>o</sup> Xerxes. Itē si post x sequatur s vt nix solita, & si x alteri occurrat,  
ut rex Xerxes, dux Xantipp<sup>o</sup>, virtutis lux Xenophon. Monosyllaba  
etiā si plura sunt male continuabūtur, vt Horatij illud Satyra prima,  
an ni id sit, & Terentij in Eunuchō. Et cū eo clam tute subduxisti mihi:  
Hæc igitur iam dicta vitia fugiēda sunt, non tñ adeo vt diximus, quin  
interdū afferant elegantia & iucunditatem carmini. Nam vt Diome  
des dicit plærūq; etiam nimiaē artis opinio fugiēda est, & interponen  
da simplicitas rudis atq; imperitæ dictionis, non propter hoc solum  
q̄ in omnibus rebus nimitū lenocinium odio dignum est, sed q̄ plær  
unq; acribus sensibus maior est si naturaliter proferatur. Sunt & alia  
vitia quæ non possumus hic omnia enarrare, verum aurī iudicium  
maxime de his iudicet. Maximū autem vitium existimo cacophaton  
& asymphoniam, hoc est dissonantiam & malum sonum. Quapro  
pter bene dicitur a Diomedē. Euphonia in dictionib<sup>o</sup> plus interdum  
valet quā analogia, vel regula præceptorum, quare idem bene dicit.  
Compositio verborum nō ex anxio labore venit, sed vsu atq; exer  
citatione perpetua, quæ magis fluat de ea auribus iudicetur, quæ ve  
lut arbitraē compositionis esse debent. Et vt paucis concludam. Cor  
rupta oratio & in carmine et in oratione soluta, in verbis maxime im  
proprijs redundantibus comprehensione obscura, compositione fra  
cta, vocum similium aut ambiguarum, puerili coaptatione consistit.  
Hæc vitia Terentianus grammaticus his verbis ostendit. Ne sermo  
ambiguum sonet, ne priscum nimis aut leue. Vocum ne series hiet  
Ne compago fragosa sit, vel sit quod male luceat.

Et super omnia est fugienda κακοφωνία, hoc est nimia decoris affe  
ctatio, per quam aut nimio tumore sententia corrumpitur, vt Iuppi  
ter o præsens cœli qui sydera torques, ore tuo dicenda loquar, aut ni  
mio cultu vt. Aureus axis erat temo aureus aurea summæ Curuatura  
rotæ radorum argenteus ordo. Per iuga chrysolithi positæq; ex or  
dine gemmæ. Alia sunt plurima quæ sedula poetarum lectione tan  
dem comperies aut sequenda aut fugiēda.

### CAPVT SEXTVM.

Crediderūt hactenus multi, inter q̄s sunt mihi amicissimi in huma  
niorib<sup>o</sup> literis egregie eruditi Leonardus Clemēs Vlmensis, & Ioānes  
Casselius Gislengen. eximie pie egregie & similia aduerbia vltimā cor  
ripere, moti ex illa regula Donati. Aduerbia q̄ in e exeunt produci de  
bent. Præter illa q̄ aut non cōparantur vt rite, aut cōparationis regulā

## RACEMATIONES

non seruāt, ex illo vltimo credūt corripī, exēplo quoq; hymni quān  
honorē sancti Laurentij canit. Intulit cœlo pie laureandū, vbi pie cor  
ripitur. Sed aduertere debēt hic nō proprie esse irregularē comparati  
onē, sed regulariter cōparari, uti ex veteribus in cōmentarijs meis pro  
bauī, producentur igitur. Tibullus elegia iij. primi libri. Quidue pie  
dum sacra colis pureq; lauari. Iuena. Atticus eximie si cœnat lautus  
habetur. Enui. Egregie cordatus homo catus aelius sextus.

### CAPVT SEPTIMVM.

In p̄cedenti exēplo Iuena. scilicet. Atticus eximie, pōt aliquis dicere  
esse pentimemerim, & breuē pro longa positā. Quare de sectionibus  
istis necessario aliquid dicā. In seditem pro regula oibus recentioribus  
PENTHEMIMEREM uel breuē esse posse, uel longā pro libito cōposi  
toris. Ego autē dico & si possis facere exēplo eruditissimo, uti ego etiā  
sepe feci, omni tñ diligētia cauendū est, ne crebro facias aut sine necessi  
tate. Rarū em̄ est apud doctissimos in magnis eorū opibus, ergo nec  
tu crebro in paruis epigrāmatifacias, p̄sertim cū Quintili. institui. i. di  
cat iambū non recipi in carmē hexametru, & carmē sic quasi claudica  
re & podagra affici videatur. Sunt igitur sectiones dictę, quas incidere  
carmen videntur, q̄ a nostris cæsura & articuli a græcis κομματα di  
cūtur quatuor. Et fiunt in secūdo pede, in tertio & in quarto et in quinto  
Prima dicit cæsura semiternaria, & est q̄n dictio terminat in principio  
secundi pedis. Secūda dicitur cæsura semiquinaria, & a græcis PEN  
THEMIMERES quando in tertij pedis principio finitur dictio p̄cedens.  
Tertia dicitur cæsura quādo post tertiu pedem inuenitur vna syllaba  
terminās dictionem p̄cedentē. Quarta quando post quartū pedem  
inuenitur syllaba terminās dictionem. Harū virtutem esse volunt, vt  
syllaba quæ deberet esse lōga possit esse breuis, cum etiā Seruius dicat.  
Finales syllabæ natura breues in principio pedis produci possunt, & cū  
de oibus inueniātur exempla in illustribus poetis, tñ maxime de pen  
timemeri, adeo vt omnibus quoddam quasi priuilegiū videatur esse  
PENTHEMIMEREM posse corripī vel produci. Ponam igitur illius  
exēpla vbi breuis pro lōga ponatur per p̄timemerem. Vir. Nam tibi  
tymbre caput Euadrius abstulit ensis, vbi tertius pes iambus est. Idem.  
Nostros obruimur oriturq; miserrima cedes, vbi tribrach<sup>9</sup> in tertio  
ponitur. Et idem pes apud eundē. Si pereo manibus hoīm perisse iu  
uabit. Idem. Omnia vincit amor, & nos cedam<sup>9</sup> amori. Idē. Ecce trahe  
batur a templo adytisq; Mineruæ. Luca. Aethiopūq; teris alieno gur  
gite cāpos. Virg. Emicat Eurialus & munere lætus amici. Persius. Sunt  
quos Pacuius & verrucosa moret. Silius. Palladio bethis vmbra  
tempa ramo. Hora. Ne quis humasse velit aiacē atrida vetas cur. Ouis.

## RACEMATIONES

Atq; utinā viuat et nō moriatur in illis. Oui. Et qua tu biberis hac ego parte bibā. Idem. Mentis inops rapitur vt q̄s audire solemus. Virg. in moreto. Et referat clausa q̄ prouidet hostia clauē. Oui. Arte leuis curus arte regēdus amor. Vir. Non te nullius exercēt numinis irē. Prop. Nūc tu siue legis vmbrosæ flumina syluę. Oui. Nil opus est mortis pro me sed amore fideq;. Tibul. Et canis arente terra at arua siti. Ita em̄ ego habeo. Idē Tibullus. Te canit agricola magna cū venerit vrbe. Raro aut̄ inuenitur apud latinos q; correpta vocalis in nullā desinēs consonantē, partem orōnis terminās producat. Crebrius aut̄ apud græcos quod Homer<sup>9</sup> in principio Iliados fecit. ΜΗΝΙΩ ΔΕΙΔΕ ΒΕΩ ΠΗΛΗΙΩ ΔΕΩ ΑΧΙΛΛΕΩΣ. nec solū in istis carminū generibus, sed etiā in alijs ut Hora. in sapphico. Angulus ridet vbi nō hymeto. Idem, doctę sermōis vtri usq; linguæ. Et Pruden. Sanguinis ratæ specię futuri. Et in carmie asde piadeo, Hora. Quā si quicqd arat impiger apulus. Et in phaletio Boę Fatū sub pedibus ægit superbū. In prima insup cęsura breuis pro lon gaponit. Vir. Pectorib<sup>9</sup> inhians spirātia consulit exta. Oui. Cū steteris vrbis celsus honore tuæ. Oui. lam mihi bis ęstas bisq; recurrit hyems. Valerius Flaccus. Sed qualis & quāta viris insulter enyo. Silius. Ni de coris assint patiendo tēpora læti. Luca. Dum sanguis inerat dū vis ma terna peręgi. Iuue. Occulta spolia & plures de pace triūphos. Homer<sup>9</sup> οἶσε με γὰρ ἰαχοντες. επελερομον της αχαιων. Et iudicio meo om̄ia illa Virgilij carmina q̄ ab alijs per positionē excusantur, vidētur isto priuilegio excusari vt Drimoq; xāthoq;. Itē Euricq; zephyricq;. Et syde racq; venticq; & sifia carmina q̄ supra de positōe notauī. In q̄rta insup cęsura idem cōmittit, vt Vir. Ostendēs artē pariter arcūq; sonantē. Idē Per terrā & versa puluis inscribit̄ hasta. Idē. Et furijs agitated amor & cōscia uirtus. Claudī. Lētus arar rhodanusq; celer & diues iberus. Oui. Pręcipitata cadit pariter & pōdere & ictu. Ista cęsuras esse indifferentes si in alia distiōe sequat̄ consonās vel h his verbis cōfirmat Diomedes illustris grāmaticus. Tertius modus cōmuniū syllabarū est cū in fine partis orōnis longa ponit̄ vocalis correpta vna interposita cōsonāte vt Emicat Eurialus & mūere lætus amici. Idē. Ostendēs artē pariter arcūq; sonantē. Et ibi, oīa vincit amor. Idē. Septimus modus est cū correpta vocalis in vnā desinit cōsonantē sequēte h, q̄ plerisq; aspiratiōis nota videt̄, vt terga fatigamus hasta. Itē Aeneā hoim quilq;. Addā & ego Catullū qui dixit. Hūanos nō despexit hymeneos. Idē. lam veniet virgo, iā dicitur hymenę<sup>9</sup>. Et Virgiliū. Languētis hyacinthi. Nota hic etiā h q̄nq; vim lřæe obtinere, vt diximus. Vir. Posthabita coluisse Sa mo, hic illius arma. Idē. Graius hō liquēs profugus hymeneos. Idē. Ille latus niueū molli fultus hiacyntho, Martia. Pōtice cū licino hic q; ma

## RACEMATIONES

gaus hō est. Iuue. Si fur displiceat Verri homicida Miloni. Clau. Tura  
vaga hunoꝝ grauitas. Hęc cōsideranda nō imitanda existimo. Penti  
memerim qꝫ vt dixi quēadmodū non oīno fugio, ita si possuz vita  
bo, & parcius attingā oīa ea quæ per licentiā & raro a poetis dicūtur.

### CAPVT OCTAVVM.

Scias carmen esse illepidum & nō satis ornatum, vbi nulla harum  
cēsurarꝫ occurrit, vnde Terentianus. Harū si nulla est species deprensa  
magistri. Versum recusant, nec vocāt heroicū. Sed fortasse putes nul  
lum contingerē versum. Qui nullā earum regulā non incidat. Rarū  
concedā fieri non posse negabo. Et si igitur rarū sit, inuenitur tamē, &  
possumus vt licet malle cēsurā. Nam & Propertius elegantissimus  
poeta vtitur dicēs. Et grauiora rependit iniquis pensa quas illis. Et Ho  
rati. lib. ij. epi. Et post punica bella quietus quærere cœpit. Et Cecilius.  
Has res ad te scriptas Luci misimus æli. Et Suetius in moreto. Hoc ge  
nus arboris in prælatis finibus grais, non tamen laudo.

### CAPVT NONVM.

Vitiosum est pentametru nisi sic pētimemeris quę post primos duos  
pedes relinquat vnā syllabam finalē, nam dicit Terentianus. Nam vi  
tiosus erit sic pentameter generatus. Inter nostros gētilis oberrat ecus.  
At ego inueni etiā si bene memini apud receptū poetam. Ergo vt de  
istis grāmaticorum regulis & meis generaliter loquar, non dantur hic  
præcepta quasi quædā leges immutabili necessitate conscriptę, vt non  
possit aliter fieri, sed ad decorum seruandum, vnde contrarium sæpe  
sine reprehensione facere possumus, aut ex necessitate, aut quia raro fit  
aut vt supra dixi qꝫ diligens negligentia sæpe gratissima est. Sed pauca  
vt etiam alias dixi, carmina scribentibus licentiæ in primis vitandæ,  
euphoniæqꝫ & aurium iudicium teste Cicerone superbissimum plus  
aduertendum quam vllum aliud præceptum.

### CAPVT DECIMVM.

Si carmē a monosyllaba dictiōe incipiat, in vocalē vel in m termi  
nāte vitabimus collisionē quantū possumus. At scriptores non oīno  
abstineerūt. Catul. Qui ipse sui nati minxerit in gremiū. Idem. Qui illius  
culpa cecidit velut prati. Idē. Nam vnguentū dabo meę puellę. Hora.  
Nam vt ferula cedes meritū maiora subire, & Martia. Capella. Quæ  
istoz laudes ptulit harmonia. Prop. Et iā ad mandatū venimus ecce  
domū. Qꝫ et si hęc collisio nō sit in principio, tñ monosyllaboz colli  
sio nusqꝫ videtur bn̄ sonare, qꝫ si dixerit aliqs (vt faciunt multi) malo  
errare cū Catullo qꝫ tecū bene loqui. Sed bone vir illū excusat antiqui  
tas & auctoritas, nō te, vel exprime Catullū in vniuersis virtutibus, &  
tibi merito ignoscetur, si interdū paulo incautius aliquid protuleris.

## RACEMATIONES

### CAPVT VNDECIMVM.

In carmine hexametro & p̄tametro integra cōdineatur sn̄a, nec suspendatur vsq; ad tertiū versum, vt dicit Beda, hoc tñ non sp̄ obseruatū est, vnde Oui. v. tristitiū. Pone metū valeo corpusq; quod ante laborū. Impatiens nobis inualidūq; fuit Sufficit, atq; ipso vexatū induruit vsu. Catul. Alloquar audiero nunq; tua verba loquentē. Nunq; ego te vita frater amabilior Aspicia post hac, at certe semper amabo. Item sapphicū in adonico debet cōcludere suā sn̄a, sed non semper obseruatur. Vnde Hora. lib. ij. carminū ad Grosphum. Te greges centum siculeq; circū, Mugiant vaccaē, tibi tollit hinnitum. Apta quadrigis equa te bis aphro Murice tinctæ. Vestiant lanæ mihi parua rura. Et idem libro primo. Neue te nostris uitijis iniquum Ocyor aura. Tol lat. Idem lib. ij. Ode ij. Populumq; falsis dedocet vti, Vocibus.

### CAPVT DVODECIMVM.

Est p̄ceptū apud mḡros versificandi in quinto pede fugiendā esse collisionē, nec ego crebro uti vellē. Sed auctores nō refugerit. Catullus Tu qd̄ promisti mihi quod mēta inimica es, vbi promisti pro p̄missi. Persius. Elifasq; nates labefact̄ at̄ forcipe adunca, & Oui. Pondere & ic̄tu. Et Iuuenalis. Loripedem rectus derideat æthiopem albus.

### CAPVT TREDECIMVM.

Scripti nup̄ dum Luciū Florū interpretarer carmē. Lucili<sup>9</sup> hoc Florus exhibiturus erit. Fui itaq; reprehēsus q; duo futura cōiunxissem scripturæ, sed nō feci sine auctoritate.

OVIDIUS.

Tunc procul absentī cura futurus eris

Et si quid doliturus eris sum testibus illis. Propertius.

Ensiser Orion aspiciendus erit. Idem.

Versibus & medijs foccus habendus erit. Idem.

Hinc pater ante oculos durus habendus erit. Idem.

Atq; inter festos semper habendus erit. Tibullus.

Et sine cherinto tristis agendus erit. Idem.

### CAPVT DECIMVMQVARTVM.

Carmīa leonina ut dicūtur, hoc est vt mediū & finis cōsonet, ut est hīc versus. Vt bñ firmares mōtibus esse pares, si crebra sunt vituperātur, vidēturq; sine grauitate atq; in primis puerilia esse q̄lia sunt Alexādrī Galli. Sed si interdū & modeste inseruntur, addunt quendā quasi decorē, & p̄sertim vt volunt in pentametro, nec auctores semp̄ refugerunt, adducā tantum Propertiū illustrem elegiographum.

PROPERTIUS.

Porticus aulaeis nobilis attalicis

Misit matronis Inachis Aufonijs.

## RACEMATIONES

Cur tibi tam longa Roma petita via?  
 Quid frustra missis in me certatis habenis?  
 Detulit in tacta pagina nostra via.  
 Cur tua præscripto senecta est pagina gyro?  
 Non est ingenij cymba grauanda mei.  
 Sanguinis atq; animæ prodige Galle tuæ.  
 Contentus niueis semper vectabere cygnis  
 Solis & attratis luxerit orbis equis.  
 Quæ mulier grauida iacet conuicia lingua  
 Ferreus aurato neu cataphractus equo  
 Egalea hirsuta compta lupina iuba.

In istis carminibus notantur similes exitus dictionum, qui reddunt vitiosam orationem ut supra ex Seruio dixi. Sed tolerantur hæc dum non crebro fiunt, ut etiam superius dixi.

### CAPVT DECIMVMQVINTVM

Qui auctores sint sequendi.

Cum iuxte Priscia, in septimo oporteat scire analogiã, vsum tamẽ auctoꝝ magis imitari, te scire velim, quibus ego poetus dare soleã auctoritatẽ, ita vt sine formidine eos sequar Virgilio, Ouidio, Horatio, Valerio Flacco, Lucano, Senecæ, Silio Italico, Claudiano, Statio, Tito Calphurnio, Persio, Iuuenali, M. Manilio, Sereno samonico, Tibullo, Catullo, Aufonio, Propertio, Martiali, Columellæ, Ruffo Festo, Germanico Cæsari. Ex his iuniores sunt, & ob id non tantæ oïno auctoritatis quantæ ceteri. Claudianus, Serenus, Aufonius, licet non facile refellendi. Antiquissimos autẽ Enniũ Pacuuiũ non imitabor, nisi forsan Lucratiũ, non tñ in oibus. Ecclesiasticos autẽ Prudentiũ, Seduliũ, Iuuentiũ, Sidoniũ, Prosperũ Apollinariẽ, Aratorem, Petrũ de riga & similes, & si non indégantes sint, non tamẽ in omibus imitandos esse volo. Sæpe em̃ quantitates p̃sertum in græcis cõfundũt. Mihi suffragatur etiam in latinis Beda venerabilis de metrica rōne dum inquit auctoritate autem contēnitur regula grāmaticoꝝ, ut Seduli. Cum sancto spiritu gloria magna patri. Sed poeta vt gloriã sanctæ & indiuiduæ trinitatis clara voce decantaret neglexit regulam grāmaticæ dispositionis, hæc ille Ego tamẽ non auderẽ vt i ea auctoritate. Multo minus imitabor Galfredũ in poetica noua, Gualteriũ in sua Alexandreide, Romulũ grāmaticũ trãslatorẽ Esopi, Alanũ, Pauperem Henricũ, Pamphilũ, Soliganium, Antigameratũ, Facetum, Bernhardũ & Macrũ de viribus herbarũ, qui circumfertur & similes, Recētiore item Petrarchã, Philelphum, Mantuanũ Baptistam, Panhormitã, Carolum aretinũ & similes non sequar, nisi aut veteres imitentur, aut veras regulas latinoꝝ.

## RACEMATIONES

rum & græcorū obseruent, hoc est nisi bñ dixerint. Nam & si eruditissi-  
mi fuerint, humano tamē vitio errauerūt, sicut ego & alij. Possum em̄  
ostendere nō in vno loco, vbi Petrarca, vbi Mantuanus, vbi Philel-  
phus errauerit. Non tñ propter hoc reijciemus eos, Stultissimū autē est  
dicere. Si ille errauit malo cū eo male dicere q̄ tecū bene, qm̄ hoīes fue-  
runt. Et consyderandū est ut Quintilia. testat̄, magni auctores nō quid  
dixerint sed quid psuaserint, sed quid dicā de istis minoribus, dñ Virg.  
a Tuca & Varo pluribus in locis post eius obitū correctus sit, taceo  
quæ hodie in eo licenter posita inueniūtur, & nisi in Virgilio nō tole-  
rarētur, sed Aristarchi virgula notarētur, vti Homerus etiā fons poe-  
tarū, & idem Virg. in suis paruis operibus si est auctor sepe a sua & ali-  
rum poetarū obseruatōe syllabas cōfundit. Vetula autē quæ Ouidio a-  
scribitur cū non sit. Itē philomela, pulex, cucul⁹, de nūmo, de Venere,  
de medicamine faciei, & similia nihil mihi probāt, nec dant auctorida-  
tem, q̄ si vnq̄ mea epigrāmata nuper impressa peruenirēt ad posterū  
tate in correctā, aliquis putaret me cōsulto fecisse, dum aliqñ ex incuria  
errauī, vt ingenue errorē confitear. Posui em̄ derideat secundā breui  
cum sit longa. Item vocalis prima produciť, ego corripui, sicut & con-  
uiciū secundā contra naturā corripui. Posui item Achilles, Holopher-  
nes vltimā breuiem cū longæ sint & per h scribātur. Iusto tñ errore in-  
ductus sum ex p̄ceptis Capelle qui dicit. Es terminatus in græcis nomi-  
nibus breuis ē, vt Anchises, sed fallitur & me si s̄r errare fecit. Anchises  
em̄ produciť, dum sic scribatur αΥΧΙΣΑΟΣ. Virg. v. Anchises alacris pal-  
mas vtrasq̄ tetendit. Idē in similibus. Alcides aderat taurosq̄ hac vi-  
stor agebat. Petiturus etiā secūdam corripui, cum sit longa. Idē tamen  
fecit Claudī, in iij. de raptu. Ip̄m etiā petitura louē succidere pinus.

### CAPVT DECIMVMSEXTVM.

Scias tñ illustres poetas aliqñ græcas diphthongos & natura lon-  
gas corripuisse & cōfudisse. Tu potes eos in his imitari, in his scilicet q̄  
ip̄si receperūt, sed ad similia trahere sine vitio nunq̄ potes. Vsus enim  
illustriū antiquitus receptus nobis imitādus nō dilatandus est. Ita Oui-  
primā in mæotis corripit cum diphthongus sit, sic dicens in iij. tristi-  
Tardior antiqua visa mæotis hyems. Sic em̄ scribit̄ apud græcos μαι-  
ωτις. Similiter butyrū corripitur prima apud nros quosdā, cum sit  
diphthogus βΟΥΤΥΡΟΥ, σωκράτης prima produciť q̄ a multis cor-  
ripitur & a me olim breuiata est. Itē Crepidas corripit primā Persius.  
Non hic qui in crepidas graiorū ludere gessit, cū apud græcos p̄ h lon-  
gā scribatur, sic κρητις κρητιδος. Hepar item a Macro et alijs quibus-  
dam corripitur, cū Homerus produxerit, & apud græcos scribit̄ per h  
sic κηρᾱ Grabat⁹ item apud latinos primā corripit, Virg. in moreto,

## RACEMATIONES

Membra leuat sensimq; vili demissa grabato, cū apud græcos positōe producat, & per κ in prima scribat, sic κερββχτος. Latini itē chorea malea nemea rōphæa mediā indifferentē ponunt, cū ex diphthongo producātur, sic em scribunt χορεία κελφα νεμεια βομφαία. aliqui detrahūt aspirationē dicentes rōpea. Exēpla vbi corripīatur. Vir. Pars pedibus choreas plaudūt. Idē. Maleæq; sequacibus vndis, Marti. Non marathō taurū nemeq; frōdosa leonē. Valerius Flaccus in vi. Equa nec ferro breuior nec rōpea ligno. Hædus itē & hēdulus q̄ per æ diphthongū scribuntur, quia απὸ τῶν αἰολικῶν. i. a testiculis descendūt, in prima producūtur. Vir. Sic canibus catulos similes sic matrib<sup>9</sup> hēdos Manilius tñ in astronomico corripuit, si ita recte legit̄ dicens. Incipit hēduli tremulū producere mentū. Chiragta apud latinos qñq; prima corripit̄, vt Martia. Sed nil patrono porrigit hæc chiragra est, cum tñ apud græcos diphthongo lōga sit, sic em scribitur χερρα γρα. Sunt aliā forsan q̄ frequens lector ipse cōperiet. Plura etiā in quātitatibus inuenies, q̄ latini auctores contra regulā ausi sunt. Proinde me excusatū habere volo si syllabā dixi alicubi produci vel corripī, literatura græca adiutus, etiā si illustri poeta aliquis vel plures contrarium posuerint, quonīa ego ex regula bene dixi, ille sua auctoritate nititur. Econtrario aliquādo suffultus auctoritate sola contra literā forsan iudicauī, quod nec mihi debet obesse, nemo em vnus omīa videre potest, præsertim cum tam auctoritate q̄ regula constent syllabarum quantitates, & vnum sine altero sufficiat ad probationem syllabæ.

### CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

Hebraicę & barbarę dictōes ad græcū idiomā transeūtes vocalem breuiāt plærūq; ante vocalē. Auso. Helias & solido cū corpore p̄uius Enoch Prudentius. Hic bonus Ezechias meruit ter quinq; per annos. Iuucius. Zacharias vicibus cui templū cura tueri. In græcis autē similit̄ corripit̄, ut philosophia sophia astronomia φαντασια comēdia tragēdia agonīa, licet acutus accentus sit in penultima. Sed nō est idem acui & produci, cum breues frequēter acuantur apud græcos, vt in cōmentarijs dixi & additionibus Mammetracti. At ea q̄ per ει scribuntur iure produci debent vt ειρωνεια ironīa, ευσεβια eusebia, ελεγεια elegia, λητεια latria, επιφανεια epiphania, αργεια argia, λαμπεια lampia, νικοληεια nicomēdia, θαλεια thalia. Et tñ apud latinos in e longam vertitur, κελιοπεια calliopea, μεδεια medea, πλατεια platea, δειοπεια deiopea. Et ei aliquñ in carmine per diæsim in duas syllabas diuiditur. Item nomīa hebraica barbaricq; teste Prisciano in fine accentū detinentia more latino declinata, accentū ipsum retinent, & penultimā syllabam producūt, vt ab Adam adamus, ab Abrahā

## RACEMATIONES

Abrahamus, a Ioseph iosephus vel iosepus, a Iacob iacobus.

### CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

Si elegans carmen & quod aures hoim demereri debeat cōponere vis, videndū est ne more asiaticorū teste Cicerone de oratore numero seruiens inania quēdā verba inculces, cōplementa numeroꝝ, ad complendūq; carmen inficias verba parū ad rem faciētia, quasi rimas expleas, adhibeasq; voces plenas & cōcinnas, non vt exornēt aut cōpleant finiam, sed sustineant quasi tibicines carmē ne claudicet. Id autē saepe fit inutiliter, q; atq; & coniūctioes inserēdo. Cauendū etiā ne omnia circumneas copiosa loquacitate quæ dicere velis, ductus specie nitoris. Atq; vt Seneca dicit, habeas in potestate verba, non efferat se oratio nec lōgius q̄ destinasti trahat, nec ad id quod nō proposueris scribere alicuius vbi placētis decore voceris, nec si aliqd̄ verbū placuerit velis scentulis vt dum primū incipiant versificari, non sint multum timidū aridi & circūspecti, sed fluentes potius & luxuriātes & fecundi & multa combinantes. Facile em̄ vt dicit Quintilianus remediū est vbertatis sterilia nullo labore vincuntur, quod si quis adeo caute vellet colligere vocabula & tam curiose sententias disquirere & nihil inferre nisi cuius haberet optimā cognitionem, hoc est si nunq; excederet humum, nec in altum vnquā ascenderet, nunq; erit copiosus compositor, sed si quis sine horrore multus est atq; abundans, tandē cum eruditōe ex luxuria iustam copiā acquireret. Hoc optime docet Quintilian⁹ dicens in ij. Nam in pueris oratio perfecta nec exigī nec sperari potest, melior autē est in doles generosiq; conatus, & uel plura iuste concipiēs interim fuerit. Nam vt elegātissime dicit Cice. Volo em̄ se efferat in adolefcēte fecūditas. Quintilianus igitur qualis debeat esse pueris magister optime demonstrat. Quapropter (inquit) in primis euitandus & in pueris præcipue magister aridus, nō minus q̄ teneris adhuc plantis siccū & sine humore villo solū, inde fiūt humiles statim, & veluti ad terrā spectātes, qui nihil supra quotidianū sermonē attollere audeāt, macies illis pro sanitate & iudicij loco infirmitas est, & dum satis putāt vitijscare, in idiōm incidunt vitium quod virtutibus carent, hæc ille.

### CAPVT DECIMVM NONVM.

Sunt plures scioli qui hinc inde clamitāt Aristoteles penul. longa di ci, aliter dicentes quasi imperitos arguūt, nescientes luuenalē dixisse in ij. Sary. Si quis Aristotelē similem vel pittacon cmit. Item & diuū Augustinū. Sūmus Aristoteles trutinādo cacumina rerū. Sunt autē moti quodā vsu, sed qua rōne nullus vnq; mihi sciuit dicere, Ego vn̄ error

## RACEMATIONES

veniat dicā αῖσος τε λησ scribit apud græcos, et habet acutū in penul.  
sed corripitur tñ. Vnde si vis acuere penultimā debes dicē Aristotelis  
per i vt̄i græci faciūt. Nam vt̄ Diomedes dicit. Verba græca græcis ac-  
centib⁹ efferimus, si iisdē literis enūciauerimus, & sic qm̄ in Aristotelis  
ultima est longa, quia per κ longū scribitur, necesse est vt̄ accentū ha-  
beat in penultima, sed cum traducis in linguā latinā & dicis Aristo-  
teles, sicut etiā Demosthenes Antisthenes, nunc literę mutātur, ergo &  
accentus. Est ergo accētus in antepenultima ex illa regula latinoꝝ. Q̄  
in trisyllabis dictionibus & tetrasyllabis siue plurib⁹, si penultima bre-  
uis fuerit, antepenultima acuetur. In re igitur & si parua, illis tñ ignota  
contendūt isti elementarij senes, quib⁹ crux et lationis rota est atq; ex-  
tremum supplicium dum vident iuniores & pueros ea discere immo  
scire & memoriter tenere quæ ip̄i nunquam nouerunt.

### CAPVT VICESIMVM DE PROPRIIS.

Sunt pleriq; qui credunt noīa propria ad placitum poni, mouētur  
maxie auctoritate Seruij celeberrimi grāmatici sup̄ hoc carmē in pri-  
mo æne. Huic conit̄x Sychæus erat ditissimus agri. Ita dicit. Sychæus  
hic per ec̄tas in producit̄ licentia q̄ in proprijs noībus est, in q̄bus licet  
in qualibet parte syllabæ mutare naturā. Ego aut̄ aliter sentio, cū tam  
diligēs cura poetis latinis fuerit, vt̄ propria noīa sua quātitate in carmi-  
nibus ponerent, adeo vt̄ propter hæc quædam non auderent ponere  
in carmine, audi Ouidium in iij. de Ponto ad Tuticanum.

Quo minus in nostris ponaris amice libellis

Nominis efficitur conditione tui.

Ast ego non alium prius hoc dignarer honore,

Est aliquis nostrum si modo carmen honor,

Lex pedis officio, fortunæq; nominis obstat,

Quæq; meos adeas, est via nulla modos.

Nam pudet in geminos ita nomen scindere versus,

Desinat vt̄ prior hoc, incipiatq; minor,

Et pudeat, si te qua sillaba parte moretur,

Arctius appellem Tuticanumq; vocem;

Et potes in versum Tuticani more venire,

Fiat vt̄ e longa syllaba prima breuis;

Aut vt̄ ducatur quæ nunc correptus exit,

Et sit porrecta longa secunda mora;

His ego si vitij ausim corrumpere nomen,

Ridear, & merito pectus habere neget.

Martialis in noīo.

Nomen cum violis, rosiscq; natum,

## RACEMATIONES

Quo pars optima nuncupatur anni,  
 Hyblam quod sapit Atticosq; flores,  
 Quod nidus olet alitis superbæ,  
 Nomen nectare dulcius beato  
 Quo mallet Cybeles puer vocari,  
 Et qui pocula temperat tonanti,  
 Quod parrhasia sonet in aula,  
 Respondent veneres, cupidinesq;  
 Nomen nobile, molle, delicatum,  
 Versu dicere non rudi volebam,  
 Sed tu syllaba contumax repugnas,  
 Dicunt eari non tamen poetæ,  
 Sed græci quibus nihil est negandum  
 Et quos αἴεξ αἴεος decet sonare.  
 Nobis non licet esse tam disertis,  
 Qui musas colimus feueriores.

Ex quibus carminibus habetis latinos abstinuiffe maxie a licentijs quibus  
 græci maxie redundabāt. Ego itaq; dicerē ad Sychæus, q; regulari-  
 ter posset etiā produci. Nā ex quo α i v. sunt vocales ancipites & sepe  
 latini syllabā in qua est vna de ancipitibus mō producāt, modo corri-  
 piāt sic esse factū in sycheo. Ad minus nō licet in proprijs noibus mu-  
 tare cuiuslibet syllabæ naturā, nisi aliqua subsit causa, vti & Virgilius  
 si quādo propria græca cōfudit, auctōritate fecit græcorum. In latinis  
 autē non licet, nec in græcis sine exemplo, vt ex Martiale audiuius. Et  
 barbara vocabula reducere ad carmen, adeo vt etiā non ponātur ad  
 placitū pro libito versificatoris ostendit Plinius Cecilius his verbis,  
 nō nullus labor est ut barbara & fera noia in primis propria versibus  
 non resultent. Nil est quod nō arte curaq; si nō potest vinci mitigetur  
 Vide quātus labor sit barbara quātitate sua donare, & non licere vni-  
 cuiq; pro suo libito confundere illorū syllabas. Nota tamē Seruū re-  
 gulā. Quoties poeta aspera inuenit noia, vel metro non cōstantia, aut  
 mutat ea aut de his aliqd mutilat. Nam Sychæus Sicharbas dictus est,  
 Belus Didonis pater Methes. Et in viij. idē. Nouimus em̄ nomīnū vel  
 mutatiōnē vel mutilatiōnē concessām poetis, sicut pro castore Pollu-  
 cem mutare. Nota quoq; no mina græca apud poetas nunc græca  
 nunc latina declinatione inflecti, secundū q; syllaba repugnat vel qua-  
 drat, & secundum symphoniā & cacophaton. ¶ Hic habes Simon  
 vir optime xx. precepta & obseruationes hactenus non multū visas,  
 quas ex nullo excerpti, verū ex diligenti poetarū & oratorū lectione  
 & obseruatione meo Marte & proprio labore collegi, tanta cum festi

nantia vt iurē nemo vllam elegātiā requirat aut desyderare possit.  
contentus me bene consuluisse illis quis ad carmē eleganter cōponen-  
dum animum composuerunt, nec cetera quæ addidi hic aut in poste-  
rum additurum debebunt non esse vt spero vtilia. Vale.

## ANNOTATIO GRAECARVM COMPOSITIONVM.

Distiōes cōpositæ cū prepositiōibus vel aduerbijs græcis primā bre-  
uiāt, vt anathema, cuius etiā (contra morē multorū) penul. corripitur  
Apocalypsis, catalogus, dialogus, epigrāma, parabola, plogus, pso-  
dia & alia oīa nisi positiō aut diphthōgus interueniat. Cōposita α πο  
του κερατος ceras ceratos quod est cornu corripitū, vt rhinoceros.  
Marta. Et pueri nasum rhinocerotis habēt. Oīa composita cū γενεα  
genea. i. genus & progenies corripiuntur. Cōposita item cū γενος qd  
apud nos genus significat, vt diogenes. Origenes. Itē cū τέλος. i. finis  
vt Aristoteles. Cōposita cū σθενος qd robur significat, vt Demosthe-  
nes Antisthenes. Itē cū κερατος qd etiā robur ul' imperiū significat, ut  
Hippocrates Aristocrates corripitū. Itē cū σερατος qd significat exer-  
citū, vt philostrat<sup>9</sup> callistratus corripitū. Item cū βατος qd est ambu-  
lās, vt Euribates schenobates corripitū, exēpla apud Nestorē inuenies  
Corripitū item sequentia oīa composita cū θεμω. i. fas vel munus vt  
Themison Themistocles. Itē ex θεος. i. deus ut Timothe<sup>9</sup> Theophilus  
Item cū σοφος. i. sapiens vt Sophodes philosophus. Itē cum σκοπος  
qd est custos & speculator vt Horoscopus episcopus. Item cū οδω. i.  
via ut exodus synodus cor. Cōposita vero cum ωδω. i. cantus produ-  
cunt vt melodus meloda. Exodiū tñ ab eo compositū contra naturā  
simplicis corripit apud latinos. Iuena. Urbicus exodio risum mouet  
atellane. Est autē cantus quē cedentes de teatro canere cōsueuerunt, vt  
dicit Iulius Pollux, alij dicūt exodiū non a cantu dici, sed ab εξω extra  
& ωδω cantū, alij dicunt significari exitū quasi εξω της οδου. i. extra  
viā, vnde Varro finē vitæ exodiū vocat, Corripitū insuper cōposita  
a νεος id est nouus vel iuuenis, vt Neomenia. i. nouiluniū, neoptole-  
mus & neophytus. i. nouū germen. Ibi etiā penul. cor. Nam cōposita  
a φυτον quod est planta corri. Item cōposita a δαμων qd domito  
significat, & δρομος quod est cursus, & αγαθος. i. bonus corripitū, vt  
hippodamus. i. equorū domitor. Hippodrom<sup>9</sup>. i. equorū cursus, & py-  
xagathos. i. pugnus bonus vel fortis, Martia. Pyxagathos fuerat nunc  
erit hippodamus. Idē. Pulueritūq; fugax hippodromon vngula plau-  
dit. Cōposita itē cum μάχη. i. pugna vt antimachus, vñ Catul. At po-  
pulus tumido gaudeat antimacho. Cōposita cū αρετη. i. virtus vt Pa-  
naret<sup>9</sup>. Martia. Arguto madidus pollice panaretus. Cōposita cū ολος  
qd est totus, & ομω. i. vnus vel sifis vt holor. Oui. Ad vada meandri

## RACEMATIONES

concinat albus olor & holocaustū. i. totū combustū. De sc'do homographia. i. filis scriptura, & Homonea propriū mulieris, vnde in epitaphio eius. Hoc Homonea breui cōdita sum tumulo. Itē a φεγος. i. vorax, vt Hippophagus. i. equorū vorator, vt scythæ olim. Itē a γραφη id est scriptura vt Chirographus. i. manus scriptura. Itē a φενοσ. i. clarus vt Aristophanes. Horatius Saty. iij. Eupolis atq; cratinus Aristophanesq; poetæ. Itē a λογος. i. sermo vt theologus & technologus id est loquēs de artib⁹, quē nos artistam vulgo vocamus, quē græce etiā technicū appellamus. Itē a βολος. i. iactus vt hyperbole. Item ακεφα κεφαλη id est caput vt Acephalus. i. sine capite, & bucephalus quasi bouis caput, & nomē equi magni Alexandri. Itē a γονη. i. foetus & semen humanum vt antigonus siue a genu siue a semine & genitura veniat, vt Chryfogonus. i. aureū semen vel aureus filius sicuti antigonus, potest etiā dici aduersus & cōtrarius filius. Et a φιλος. i. amicus vt Theophilus dæmophilus. Itē a φρασις. i. locutio ut periphrasis. i. circumlocutio Item a κρισις. i. iudiciū vt hipocrisis cū y græco in prima. Item a χερσις id est gratia vt demochares, timochares charissima & eucharistia id est bona gratia & gratiarū actio. Item ab ελαφος. i. ceruus, vt Trangelaphus. Item a φωνη id est cedes vt Tisiphone. Item a στομα id est os vt Chrysostronus id est aureum os. Item a παλις & ρεσις vt Iustinopolis, antithesis & similia omnia corripī.

### HAEC SEQUENTIA PRODVCVNT.

¶ Composita a γωνια id est angulus vt Trigonus id est triangulus. Et trigon. Manilius. Aut tria sub quibus signis ornare trigonē. Item cōposita a κωλον quod est membrū ut tricolon trimembre, bicolon bimembre penul. produ. Inde carmen bicolon quod duo habet genera carminis, & sic de alijs. Item a δαρον quod est donū vt Theodorus Isidorus. Itē ab αγωγη qd est ductio & vectura vt paragoge synagoga pædagogus. Itē composita a σωφρων qui est modestus et castus ut sophronisda. Item a Τιμη. i. honor vt Timotheus. Fortunat⁹. Et cum Timotheo viue cura meo. Item Timarchides. i. honor principis nomē propriū. Item a κοινος. i. cōmunis ut epicēnū. Item a φωνη id est vox vt antiphona penul. longa Et ωλη id est cātus vt supra diximus. Itē a φημη. i. fama vt polyphemus id est magnæ famæ, & Euphemia nomē mulieris. i. bonæ famæ. Item cōposita a παλεω verbo. i. vendo vt pharmacopola. Item a phylon φυλον. quod est gens uel natio producitur, vt allophylus. quod prius deceptus ex Prudentio & Petro riga dixi corripī, sed falsus sum. Prima enim in phylon circumflexum habet accentum, qui super longis tantum cadit. Item composita a θηκη id est locul⁹ vel repositorium vt chirotheca bibliotheca. Item

## RACEMATIONES

α ΠΤΩΣΙΣ id est casus ut antiptosis monoporton penultima produ-  
cta, & similia multa producunt. (ΛΕΠΤΙΤΙΚΗΤΗΝ.

ΚΩΧΝΗΣ ΦΙΛΟΦΟΙΒΟΣ ΠΡΑΙΜΟΝ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΒΗΒΕΛΙΟΝ ΦΙΛΟΝ ΤΟΝ ΦΙ-

Corripere chare precor nuncq; λαφνηφορον illum  
Quod distant μουνσαι, πιεριαεςq; docent,

Spiculifer tradit quod κυνθιος atq; πυλατις  
Mentibus infundit βηβελιος docuit,

βηβελιος docuit pedibus connectere versus,  
Cuius scripta colit flauus Apollo, sile.

ΕΥΧΑΡΙΣΙΑ ΤΟΥ ΚΩΧΝΟΥ ΦΙΛΟΦΟΙΒΟΥ ΠΡΑΙΜΟΝ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΒΗΒΕΛΙ-  
ΟΝ ΠΑΙΔΕΥΤΗΝ ΤΟΝ ΦΙΛΙΚΟΤΑΤΟΝ ΚΑΙ ΔΕΛΑΧΚΟΤΑΤΟΝ.

Versus intensa docuisti chare poeta,

Pieriosq; modos concrepitare cheli,

Tempora viuaci & quo pacto cingere λαφνης  
Possim, perferre & nomen in astra meum,

Quo pacto δευαλεος, possimq; arcere puellas  
Dulciter ut resonent αουιαεςq; deas,

Et cytharam blandam digitis pulsare recuruis  
Ut possim, cum augurtendat Apollo lyram,

Atq; doces pure graecam callere Tubingæ  
Grammaticam, & normas quasq; sub arte breuis,

Qua sine dicetur perfectus quisq; latinus  
Haud quacq;, veteres quo caruere diu;

Innumeras igitur grates retulisse iuuabit,  
βηβελιος doctor spesq; decusq; meum;

Auctori & grates tibi fert germanicus orbis,  
Quaq; vident gentes hæc monumenta tua,

### CONIUNCTIO SAEPE ORNAT ORATIO,

nem & carmen contra aliquorū præcepta.

Ad quod ego rñdeo. Bene rephendimus cōiunctiones q̄ in cōiun-  
gendis dictōibus redundāt, at metri necessitate excusantur (q̄ quis cōsul-  
tius esset sine excusatōe nō peccare) Nam ubi Vir. in. i. æne. dicit. Multa  
q; & bello passus dū cōderet urbē. Sup hoc Honoratus grāmaticus  
Seruius dicit, q; & duas coniūctiōnes seperatas naturaliter nō coniū-  
gim⁹, nisi metri necessitate, ergo vna vacat, sic alibi, dixitq; plia vo-  
ce diremit. Hęc Seruius. Marinus autē scodreſis in collectaneis Plinij de-  
q; ita differit, q; coniūctio non solū copulatiua est, sed etiā causatiua.  
Tulli. in offi. Non solū nobis natū sumus ortusq; nri partē patria ven-  
dicat, partem amici, aliquando est expletiva, & ornatus tantum causa  
ponitur, aliquādo geminat, Cicero, dignitati vestreq; virtutiq; fauisti,

## RACEMATIONES !

Sed familiarior poetis. Oui. Munichiosq; volās agros gratāq; Miner  
 uq; Despiciēbat humū cultiq; arbusta licq; hāc ille. Et gr̄ci etiā dicuntur  
 frequēter ponere τὴν ἢ ἢ qd q; valet. sic Hesiodus in theogonia κλέωντῶ  
 εὐτέρπητε θάλασσῃ. κελπομένῃτε. τέρψιχόρητε. ἐρατώτε πολυμ  
 νίατε οὐρανίατε. καλλιόπῃ. i. Clíoq; euterpeq; thaliaq; melpome  
 neq; Terpsichoreq; eratoq; polymniacq; vraniacq; calliope. Hic ha  
 bes nouē musas, melius tñ τέρψιχόρη per χ̄ scribitur q̄ κ. Tibi aut̄ sua  
 deo cōiunctionibus interdū vtendum, qd̄ facies elegātissime, & inter  
 dū sine coniūctionibus reddes orōnem elegantē, vtroq; em̄ mōsche  
 maticē & figurate facies, & sic bñ & poetice, dū Quintili. in ix. dicit, aliā  
 esse orōnem ἀσχηματιστον. i. carentē figura. qd̄ vitiiū non inter minia  
 est, ut idē dicit, πολυσυνδετον̄ aut̄ & ἀσυνδετον̄ siue διαλυτον̄, hoc  
 est polysyndeton & asyndeton̄ siue dialyton̄ ponūtur inter species sche  
 matis vt alias omittā a Quintilia. in ix. oratoriae institutio. a Donato  
 in libello de figuris, & a Diomede vetustissimo gr̄amico q̄ dicit. Po  
 lysyndeton̄ est oīo pluribus cōiuncta cōiunctionib⁹, vt alchandriūq;  
 haliūq; nœmonaq; britānicq;. Item testūq; larēq; amyclēūq; canē cret̄  
 samq; pharetrā. Donatus hoc ponit Virgilij exēplū. Athomasq; tho  
 asq; pelidesq; neoptolemus primusq; Machaon. Idē Diomedes. Dia  
 lyton̄ est oīo que sine coniūctionibus solute ac simpliciter efferē nulla  
 coniūctione interposita superiori cōtraria vt aliq̄ naualibus, Ite, Ferte citi  
 ferrū date vela, impellite remos. Itē venimus vidim⁹ placuit. Et apud  
 Tulliiū, pertulit cogitauit. Hāc etiā brachylogia nūcupatur, & a Quin  
 tiliano asyndeton̄. Cum igitur fastidiū pariat quod crebrum ē & mult  
 tum sicut dialyton̄, sic & polysyndeton̄ ornabit oratiōem, si id non as  
 sectanter & crebro fiat. Nam Virgilius ex quo tanq̄ ex sacrario & pe  
 netralibus musarū omnis poeticæ maiestas hauritur atq; eruitur, non  
 reformidauit illas coniūctiones quin̄ sæpius vtatur. Nam vt tātum  
 dicam quæ obiter occurrunt, ita inuenies libro octauo æneidos,  
 Brontesq; steropesq; & nudus membra piræmon.  
 Succedunt fessiq; & equos & corpora curant. In eodem.  
 Regem adit, & regi memorat nomenq; genusq;. In x.  
 Pleiadesq; hyadas claramq; Licaonis arcton. In primo geor.  
 Terq; quaterq; scindendum glebaq; versis. In eodem.  
 Panaq; Sylvanumq; senem nymphasq; sorores. In ij, geor.  
 Magnanimosq; duces totiusq; ex ordine gentes. In iij.  
 Mores & studia & populos & prelia dicam.  
 Drymoq; xantoq; ligeaq; phylodoceq;  
 Neseæ spioq; thaliaq; cymodoceq;  
 Cydippeq; & flaua lycorias altera virgo.

## RACEMATIONES

Atq; ephyre, atq; opis & Asia deiopea,  
 Altaq; pangea & rhesi mauortia tellus. In eodem;  
 Atq; getæ, atq; hebrus & athias arithya,  
 Liminaq; laurusq; & omnis. In iij. geor.  
 Aestusq; pluuiasq; & c. Idem.  
 Fontesq; fluuiosq; vocant & c.  
 Tribulaq; trahæq; & iniquo pondere rastri;  
     Ouidius in v. Meta.  
 Syderaq; ventiq; nocent auidæq; volucres.  
 Sarculaq; rastriq; graues & c. In x.  
 Sunt illis celeresq; pilæ, iaculūq;, trachūq;, Armaq; & in gyros & c.  
     In primo de arte.  
 Eneruant animos cytharæ, cantusq;, lyræq;. Et vox & numerus & c.  
     In secundo de reme.

Nec Tibullus refugit cōiunctio nes elegātiſſimus poeta, non tñ su-  
 pfluas sumit. Taceo de alijs oibus quorū si tēpus suppeteret, mille tibi  
 exēpla referre, superfluas tñ quantū possumus cōiunctōes vitabimus  
 Sed vt dixi cupio interdū elegantia facere illis, si quis tamen oibus car-  
 minibus redundaret, non præterfugeret quin ridiretur vt dixi.

### DE PARTICIPIIS.

De participijs vero verum est quod Seruius dicit lib iij. æne. finitus  
 est versus participio, quod raro fit apud latinos, apud græcos vero  
 vitiosissimum est, vt Virgilius. Littora linq;es, retinacula tendēs. Sed  
 q; Seruius dicit raro, nihil aliud in causa est meo iudicio q; amor et ve-  
 neratio græcorum auctorum, nam nulla fit in hoc ἀσυνφωνία, hoc  
 est in consonantia, vel ἁρμονία id est malus sonus, nec fit ratione  
 significationis participij. Nam vbiq; redundant auctores illis in cate-  
 ris casibus, præterq; in ans & ens, nec hæc refugiunt, vt Virgilius poe-  
 tarum Achilles superius allegatus, & in quarto æneidos:

Perfide sed duris genuit te cautibus horrens

Corripit in nodum complexus & angit inherens. Idem in viij.

Et faueas illis quisquis agatur amans. Ouid. i. de arte.

Tractabat coramq; puer pennasq; renidens. Idem in secundo;

Est illis sua dos forma sine arte potens. Idem in tertio.

Este nouus viso casse resistet amans. In eodem.

Fallit enim multos forma sine arte decens. Idem;

Impia derisi gentilis gaudia tollens. Catullus.

Omentum in flamma pingue liquefaciens. Idem;

Sis cœlix cœli sis in amore potens. Idem.

Nocte latent fures quos idem sæpe reuertens. Idem;

## RACEMATIONES

Aduenit caelo te solum phœbe relinquens. Idem.  
Exuuias tota nocte receptus amans. Propertius in secundo.  
Seruiat & tota dicar in vrbe potens. Idem.  
Ornabit custos ad mea busta sedens. Idem.  
Non operosa comis sed furibunda decens. Idem.  
Lygdamus ad plutei fulcra sinistra latens. Idem.

¶ Et Priscianus tam anxius & doctissimus grāmaticus in principio statim Dionysij posuit dicens. Clauditur hic bifido sed brachia litore pandens. Separat hic libyen alicū confinia rumpēs. Tu si euoluere uolueris Ouidium, Virgilium, Lucanum & alios, plura inuenies, sufficiat mihi pauca hæc ex tempore tibi assignasse, ad id solum ut illud Seruii dictum non sequar, quod si in prædictis exemplis aliquando participium transit in vim nominis nihil refert, cum solum ut dixi terminatio vitare videatur, quæ eadem est & in nomine & participio.

Horatius secundo sermorum.

Propositum pars multa natat modo recta capessens  
Esset ador loliumque dapis meliora relinquens  
Accedas socius, laudes lauderis ut absens  
Nonne vides? aliquis cubito stantem prope tangens  
Et Menelaum vna mecum se occidere clamans,  
Membranam poscas scriptorum quæque retexens

Primo sermo.

Et prensare manu lentissima brachia nutans,  
Hoc inquam mihi eris misere discedere quærens  
Differt sermoni sermo merus ac pater ardens.

Virgilius in nono.

Impastus ceu plena leo per ouilia turbans  
Quæ mittit dona, hospicio cum iungeret absens,  
Quæue sequar rursus perplexum iter omne reuoluens  
Contendit telum diuersaque brachia ducens.

In decimo:

Impediunt retrahitque pedes simul vnda relabens  
Quam congressus agit campo lapsumque superstant.  
At Iouis interea monitis Mezentius ardens  
Impastos stabula alta leo ceu sæpe peragrans  
In lucem genitori Amico dedit & face pregnans  
Stant lecti circum iuuenes ipse æger anhelans.

In vndecimo:

Rettulit in melius multos alterna reuifens  
Ecce fugæ medio summis Amasenus abundas

## RACEMATIONES

Nunc rapidus retro atq; æstu reuoluta resorbens  
 Qua vulnus lætale ferat contra illa repugnans  
 Conscijs audacis facti caudamq; remulcens  
 Et captum læto posuit caput arma relinquens;

In duodecimo.

Aduerso proterret equo ruit ille recedens  
 Caniciem immundo perfusam puluere turpans.

Staius in quinto:

Ille paphon veterem centumq; altaria linquens  
 Exagitat clausasq; domos & limina pulsans  
 Vix cursu tener æquat hylas lerneasq; tollens  
 Seuior am fractu laterum sinuosa retorquens  
 Ore supinato nunc arua gementia radens  
 Impulit extemplo monitu ducis aduolat ardens  
 Cum piger vmbrosa populatus silice serpens  
 Fœmineos cœtus plangentiaq; agmina ducens  
 Secum ante ora virum fremebunda thoantida portans

In sexto.

Vulnere lætalis ne irrumperet atria serpens  
 Alloquijs genitorum vltro nunc facta recensens  
 Interea cantu musarum nobile mulcens  
 Spesq; audax vnacq; metus fiducia pallens  
 Luce mala pangea ferit solemq; refulgens.

### DE QVIBVSDAM INGENIOSIS

carminum generibus.

¶ Sunt quidã exornatus etiã in carmine q̄ technopegnia dñci Pom-  
 pilius asserit quibus ociosi & delicati homines plus uti gaudent, q̄ serijs  
 rebus intenti, quare cum suo tempore lectore delectare consueuerint,  
 fiantq; multo labore atq; artificio, non putau incongruũ hic etiã in se-  
 rere quædã eorum gnã, vt habeant etiã suum studiũ quibus aut cõsue-  
 ta aut seria displicet. Sed hoc vnũ notandũ esse volo, q; licet fiant ma-  
 gna industria hæc ip̄a carmina, in magno tñ opere fugienda esse atq; de-  
 clinanda. Primũ igitur Reciprocuũ & sotadicũ dicitur, cũ carmen cõtra-  
 rio ordine dictionũ vel idẽ vel contrariũ refert. Idẽ vt Sidonius. Præ-  
 cipiti mō quod decurrit tramite flumẽ. Tempe cõsumptũ iam cito de-  
 ficiet. Incipe in fine & manebũt idẽ versus & eadem snia, vt Deficiet  
 cito iam cõsumptũ tempe flumen. Tramite decurrit quod mō præ-  
 cipiti. Exemplũ vbi contrariũ intelligitur si conuertitur versus, ma-  
 nebuntq; versus, vt Donet munere mel non fel pax candida nobis,  
 conuerte, Nobis candida pax fel non mel munere donet.

## RACEMATIONES

Philephus in Pium secundum

Laus tua, non tua fraus, virtus non copia rerum  
Scandere te fecit hoc decus eximium

Conuerte.

Eximium decus hoc fecit te scandere, rerum  
Copia, non virtus, fraus tua, non tua laus

Et ego olim.

Lex bona, non mala vis, sapiens, non stultus abundans  
Anteferendus erat, & meritum haud fauor est

Conuerte.

Est fauor haud meritum & erat anteferendus abundans  
Stultus, non sapiens, vis mala non bona lex.

DE CORRELATIVO VT DICVNT.

¶ Correlatiuum cum correlationes habet siue ex repugnantijs, vt  
Alba ligustra cadunt, vacinia nigra leguntur. Siue ex conuenientijs, vt  
Anguis aper iuuenis percunt vi vulnere, morsu. Hic fremit, ille gemit  
sibilat hic moriens.

DE SERPENTINO.

¶ Serpentinum quo integras elegias aliqui conscripserunt dicitur  
cum finis ad alterius principium conuerti videtur. Sic, Rumpitur inuidia  
quidam charissime Iuli. Quod me Roma legit, rumpitur inuidia.  
Rumpitur inuidia quod turba semper in omni. Monstratur digito, rum-  
pitur inuidia. Et reliqua eodem processu fiunt, & quae cum principio con-  
ueniunt, vt Foedius inuidia nihil est indiuite ciue. Et nihil ingenio foedi-  
us inuidia. Poscere ditis opes alijs oratio turpis. Dedecet & canos po-  
scere ditis opes. Et reliqua eodem processu.

DE CONCATENATO.

¶ Concatenatum est serpentino contrarium, sic. Me tibi donat honor, sed  
honor qui me tibi donat. Creditur altus amor, sed amor qui creditur  
altus. Me iubet esse tuum vel amor qui me tibi iunxit.

DE MONOSYLLABIS ET IN PRINCIPIO ET IN FINE.

¶ Monosyllaba incipiente simul & finiente versu, vt Ausonius. Res  
hoim fragiles alit & regit & perimit fors. Sors dubia, aeternumque labans  
que blanda fouet spes. Spes nulla sine fine aeo cui terminus est mors  
Mors tamen hic nulla est, verum est locus & nihili res. Ita vt qua dicti-  
one incipitur eadem finiatur in priore technopegnio.

DE MONOSYLLABIS IN FINE.

¶ Monosyllaba finiente tantum versu, vt Indicat in pueris septen-  
nia prima nouus dens.

## RACEMATIONES

Pubentes annos robustior anticipat vox  
 Inuicta, & ventis, & solibus est hominum frons;  
 Et durum nerui cum viscere consociant os,  
 Et reliqua eodem processu vsq; ad finem.

### DE CENTONE.

¶ Cento dicitur carmen quod & rapsodia appellari posset, nisi carmen Homeri refarctum hoc nomen præoccupasset. Centone in græce & latine scripsit Proba Romana, sed elegantius Aufonius. Carmen hoc contextum ex versibus particulisq; operis alieni. Exemplum habet ex Felcenino Aufonij de fœmina noua sponsa reluctante. Illa manu moriens telum trahit ossa sed inter. Altius ad viuum perfedit vulnere mucro, & reliqua quæ apud eum auctorem lege.

### DE CONCORDANTE.

¶ Videtur & his annecti posse quod concordans appellatur, nulli sanæ mentis imitabile. Exemplum tamen habet hoc.

Et canis |            | venatur |            |            | seruat  
 Et lupus |            | nutritur |            |            | vastat

### DE ANABENONTE.

¶ Dicitur & anabenon, quod a monosyllabo incipit, & continuis dictionibus crescens, quod & fistulare dicitur, vt hoc Cur nobis iuuenes decerpitis orbiculata poma & reliqua.

## MAVRI SERVII HONORATI GRAMMATICI Centimetrum.

Larissimo viro Albino Maur<sup>o</sup> Serui, grāmaticus Salu. Tibi  
 hūc libellū p̄textator videlicet dec<sup>o</sup> vrbis Albine deuoui. Nā  
 licet patris auiq; (q̄bus maximā reuerentiā literæ debēt) q̄tidie  
 vrgearis exēplo ibiq; pubescas, q̄ velut ad musæ sacra veniēt, non tñ  
 cœlo suo tñ numina proferūtur, sed sæpe humiles vicos ac vilia pau  
 perū tecta subieēt. Quare laboris mei velim faueas voto, idulgeas au  
 daciæ, q̄d si secus cesserit in cupiditatē deuotionis interp̄tabor euētum  
 placēdi, licet audacter non tñ indignāter hunc libellū qui voluerit cen  
 timetrū nōiabit. Tot em̄ metroꝝ ḡnā digessi, quāta potui breuitate ra  
 tionē omittēs. Quo q̄dem q̄dq; nascatur ex ḡnē, qua scansionū diuer  
 sitate cœdatur, q̄ res plus cōfusions q̄ vtilitatis habet. Sed lectori hæc  
 ḡnāliter sunt sciēda. Finalē syllabā in oibus metris idr̄nter accipi. Solu  
 tionē esse, cū pro vna longa syllaba duæ breues ponūtur. Loca iparia  
 dici primū tertii quintū, & deinde paria, sc̄dm̄ quartū sextū. Et deinde  
 p̄themimerim eē, cū post duos pedes sequitur syllaba quæ partē orōnis

## CENTIMETRVM

terminat. Hephthemimerim uero cū post duos pedes similiter sequitur syllaba. Tertius trochaicus cū post duos pedes perfectos finita parte orōnis trochæus remanet. Quartus trochaicus cū diffinitione eadem tenet quartū locū trochæus. Catale. versum dici, cui vna syllaba deest. Brachy. cui duæ. Hypcata. cui vna syllaba superest. Acatale. vbi nihil plus minusue est in versu qui legitimo fine clauditur. Monometrū dimetrū, trimetrū, uel tetrametrū uersum dici a nūero pedū. In iambicis trochaicis anapæsticis metris versus per pedes duplices cōputari. In cæteris metris per pedes simplices. Metra uel a pedibus noīa accipere, uel a rebus quæ describūtur, uel ab inuentoribus, uel a frequentatoribus, uel a numero pedum. Eaq; octo esse principalia metra. Iambicū, trochaicū, dactylicum, anapæsticū, choriambicum, antipesticum, ioricum a maiore, ionicum a minore, de quibus caprtim tractabimus eligentes ea quæ ad palmam lyræ perducit voluptas.

Etra iambica locis imparibus quinque recipiē pedes possunt.

m Iambū, tribrachum, spondeū, dactylum, anapæstū, locis autē paribus tm̄ iambū, uel tribrachū, & apud comicos frequenter anapæstum, ita tamen ut multarū breuium iunctura uideatur, sed ex plurimis metris xiiij. vsui tradenda subiici. Aristophaniū metrum constat monometro hypercatalectico, ut est hoc. Valles per imas.

Euripideum constat dimetro brachycatalectico, ut est hoc. Deæ decus meum. Anacreontium cōstat dimetro catale. ut est hoc. Dissolue Bacchæ crines. Archilochiū constat dimetro acatale. ut est hoc. Serena lux micat polo. Alcaicum constat dimetro hypercata. ut est hoc. Amant venena parrhiciæ. Alcmanicū constat trimetro brachycatalectico, ut est hoc. Spennis decoræ virginis thoros. Hipponactium constat trimetro cata. ut est hoc. Doctis thalia uatibus lauebat. Archilochicū constat trimetro acatalectico, ut ē hoc. Martem fatigat prodigus uitæ furor. Anacreontium constat tetrametro hypercatalectico, ut est hoc. Amor puellæ triste pectus improbius fatigabat. Aristophanium constat tetrametro brachycatalectico, ut est hoc. Marcent lucernæ Sol propinquat, non tamen vacas. Item de Aristophanio. Aristophanium constat tetrametro acatalectico, ut Ludos amat puella nobilis pudicos & leues.

Anacreontium constat tetrametro catalectico, ut Portum petens auram relaxa vela solue malo.

Hipponacticum constat trimetro hypercatalectico, ut est hoc. Pauper poeta nescit hic antra musarum.

Etra trochaica principaliter constant trochæo. Locis tamen

m imparibus hos recipiunt pedes, trochaum, tribrachum, &

nonnunc; dactylum. In locis vero paribus cum his quos supra memorauimus spondeum, anapæstum, dactylum, sed ex pluribus xiiij. vsui tradenda subieci. Pancratium constat monometro hypercatalectico, ut est hoc. Auctor optimus. Ityphallicū constat dimetro brachyca; ut est hoc. Bacche iunge tigres. Euripideum constat dimetro catalectico, ut est hoc. Vultur altius volat. Alcmanicum constat dimetro acatalectico, ut est hoc. Fistula canit subulcus.

Bacchilidium constat dimetro hypercatalectico, ut est hoc. Floribus corona textitur. Sapphicum constat trimetro brachycatalectico, ut est hoc. Rex pater Iuppiter & deorum. Archilochium constat trimetro catalectico, ut est hoc. Nox amoris & quietis conscia.

Sotadicum constat trimetro acatalectico, ut est hoc. Ite pomafertiviam portet alter. Sapphicum constat trimetro hypercatalectico, ut est hoc. Splendet aurum gemma fulget, forma sed placet.

Sotadicum constat tetrametro brachycatalectico, ut est hoc. Thraecum nefas enarrat catulus hirundo. Archilochium constat tetrametro catalectico, ut est hoc. Tollet thyrsos æra pullans iam lyæus aduenit. Hyponacticum constat tetrametro acatalectico claudo, ut est hoc. Pelle tonisis in terga ponti vela tendere pergamus.

Anacreonticū constat tetrametro hypercatalectico, ut est hoc. Parce iam camœna vati, parce iam tenero furori.

Etra dactylica principaliter constant dactylo. Recipiunt tamen spondeum & interdum vltimo loco trochæum, sed ex plurimis xix. vsui tradenda subieci. Adonium constat dimetro catalectico, ut est hoc. Fundite fletus. Hirminachium vel himenaicum constat dimetro acatalectico, ut est hoc. Tibia perforata. Archilochium constat dimetro hypercatalectico, ut est hoc. Garrula venit aus. Alcmanicum constat trimetro catalectico, ut est hoc. Tundite pectora palmis. Simonidium constat trimetro acatalectico, ut est hoc. Indue pallia serica. Alcmanium constat trimetro hypercatalectico, ut est hoc. Lurida brachia cur retegis. Archilochium constat tetrametro catalectico, ut est hoc. Virgo decens comulas religato.

Alcmanicum constat tetrametro acatalectico, ut est hoc. Virgo decens comulas religa tibi. Alcmanium constat tetrametro hypercatalectico, ut est hoc. Vita quieta nimis caret ingenio.

Stesichorum constat pentametro catalectico, ut est hoc. Martialis. Cede deo tua carmina phœbo. Simonidium constat pentametro acatalectico, ut est hoc. Partenopœus erat puer Arcadiæ decus.

Chiriliū constat pentametro hypercatalectico, ut est hoc. Pulchra puella comas ambit sibi palmitibus.

## CENTIMETRYM

Heroicum constat hexametro catalectico, vt est hoc. Vulnera bella tubæ numero donantur Homeri. Bucolicum constat hexametro catalectico ita vt quartus dactylus partem terminet orationis, vt est hoc. Rustica syluestri resonat bene fistula cantu. Iphicum alij ibicum constat hexametro acatalectico, vt est hoc. Sydera pallida diffugiunt face territa luminis. Alcmaniū constat hexametro hypercatalectico, vt Alma venus paphon ingreditur rosa luceat ex adytis.

Stefichorium constat heptametro catalectico, vt est hoc. Aeacides iuuenis trahit hec tora plangite pergama troes. Iphicum constat heptametro acatalectico, vt Carmina docta thalia canet properantius huc ades o puer. Ibicum constat hepta. hyper. vt est hoc. Versiculos tibi dactylicos cecinit puer optime quos facias.

Etra anapestica principaliter constant anapesto. Recipiunt tamen frequenter spondeum, raro proceleusmaticum, apud Comicos autē habent dactylum, sapiusq; vltima cum superest syllaba in duas soluitur breues, sed ex pluribus xiiij. vsui tradenda subieci. Iuimū constat monometro acatalectico, vt est hoc. Callidum iubar est. Choricum constat monometro hyper. vt est hoc. Animus male fortis. Aristophanium constat dime. brachy. vt est hoc. Venit optima calliope. Pindaricum constat dimetro acata. vt Fuge mœnia iam thelamiade. Alcmanium constat dimetro hypercatalectico, vt est hoc. Tremulum mare melliflua nitet arua.

Archilochium constat dimetro acatalectico, vt Adytum fuge virgo sagax. Partheniacum constat dimetro catalectico, vt est hoc. Adytum veneris fuge virgo. Pindaricum constat trimetro brachycatalectico, vt est hoc. Medium rapido mare tyberis adit fluuio.

Alcmanium constat trimetro catalectico, vt est hoc. Date pierides mihi carmina dactylicorum. Stefichorium constat trimetro acatalectico, vt est hoc. Latet in thalamo tibi virgo decens Veneris specie.

Simonidicum constat trimetro hypercatalectico, vt est hoc. Tuba terribili procul ære sonat clypeum cape miles. Alcinaicum constat tetrametro brachycatalectico, vt est hoc. Sua munera fert Venus alma rosas iuueni nitido Cynare vide.

Aristophanium constat tetrametro catalectico, vt est hoc. Date vna mihi date ferta, iuuat dare tempora tota lyæo.

Etra choriambica principaliter constant choriambo. Verum quo durius suo pede claudantur, accipiūt in fine amphibrachum & bacchium, sed ex multis metris hæc iij. vsui tradenda subieci. Aristophanium constat monometro & amphibrachosive bacchio, vt est hoc. Purpureus tyrannus,

Sapphicū constat trimetro & amphibracho siue bacchio vt est hoc:  
Dulcisonæ pierides versifico fauete. Anacreontiū constat dimetro  
& amphibracho siue bacchio vt est hoc Virgilij. Mantua quæ te ait.

Callimachiū constat tetrametro & amphibracho siue bacchio, vt  
est hoc. Armipotēs Mars genitor Romulidæ da veniā precamur

**m** Etra anapestica principaliter cōstant anapæsto. Verū sepe pri  
ma parte qua iambū tenent spondeū libenter accipiūt, sed ex  
plurimis quattuor vsui tradenda subieci. Pænicū constat  
trimetro brachy. vt est hoc. Faunifemideū numē adest. Anacreon  
tiū constat trimetro cata. ut est hoc. Curas mitigā dona lyçi. Alca  
maniū cōstat tetrametro acatalectico, ut est hoc. Infandū tetigit sydera car  
men magice vatis. Alcaicum constat tetrametro brachycatalectico  
vt est hoc. Meccenas atavis lydia quos fert genite.

**m** Etra ionica a minore principaliter cōstant ionico suo ac raro  
alterius pedis patiūtur accessum, sed ex plurimis sex vsui tra  
denda subieci. Timocratiū constat dimetro catalectico, vt  
est hoc. Rosa veris specimen. Anacreontiū constat dimetro, vt Sar  
pientes deus audit. Anacreontiū constat trimetro catalectico, vt est  
hoc. Fuge virgo fuge munus Veneris. Sapphicū constat trimetro  
acata. vt est hoc. Sonat alta trabe fixus tibi nisus. Phaleciū constat te  
trametro catalectico, vt est hoc. Tibi veris fero donū sola quod dant  
Veneri, Alcmanium constat tetrametro acatalectico, ut est hoc. Ti  
mor omnis docet artes. Timor auget bona mentis.

**m** Etra ionica a maiore principaliter cōstant ionico suo. Verū  
& diiambum & ditrochæū non recusant, solutio nē patienter  
admittūt, sed ex plurimis tria vsui tradenda subieci.

Hipponactiū constat dimetro brachy. vt est hoc. Palmā cape vi  
ctor. Phraxilū constat trimetro brachycatalectico, vt ē hoc. Fortis  
iuuenis sume coronā. Sotadicū constat tetrametro brachycatalecti  
co, vt est hoc. Victor cane tempus fugit intende labori.

**r** Eliqua deinceps metra non ea lege qua superiora reperimus  
illa enim velut confusa digessi, hæc velut dispersa collegi, sed  
ex plurimis xxv. vsui tradenda subieci. Ityphalicū quod  
tetrametrū est. constat tribus dactylis & pyrrhichio, vt est hoc. Quise  
rere ingenuū volet agrum. Pherecratium constat spondeo dacty  
lo & trochæo, vt est hoc. Reges purpura monstrat. Gliconiū con  
stat spondeo choriambo pyrrhichio, vt est hoc. Odi partheniū nemus.  
Asclepiadeū constat spondeo & duob<sup>9</sup> choriambis & pyrrhichio.  
vt est hoc. O & præsidium & dulce decus meum. Alcaicum constat  
spondeo tribus choriambis & pyrrhichio, vt est hoc. Profusa gacides

## CENTIMETRYM SERVII.

procubuit sub Paridis manū. Elegiacū constat p̄themimeri prima heroica, secūda dactylica, ut est hoc. Mœret diffusis flens elegia comis.

Eulogiciū constat primo pede disyllabo quicūq; sit & quattuor dactylis, ut est hoc. Sappho composuit male casta poemata. Murum constat ita vtheroiciū, sed pyrrhichio clauditur, ut est hoc. Mortē contēnunt laudato vulnere getę. Priapiū constat gliconicū & pherecratio, ut est hoc. Hellepontiacū tuus nomen pr̄tegit hortos.

Phalecium constat spondeo dactylo & tribus trochæis, ut est hoc. Isthmos diuibus superbit vndis. Sapphicū constat trochæo spondeo dactylo & trochæis duobus, ut est hoc. Faune nympharū metus & voluptas. Saturniū constat dimetro iambico cata. anacre. & ithiphallico dimetro brachy. trochæico, ut est hoc. Isis pererrat orbē cornibus profusis. Archilochium constat partheniaco anapæstico dimetro cata. & ithiphallico, ut est hoc. Remeat vir ab arce tyranni vulnibus cruentis. Aenitologium constat dactylo & iambico & p̄themimeri, ut est hoc. Carmina bella magis velim sonare. Alcaicum constat p̄themimeri dactylica & duobus trochæis, ut Luna rubens Zephyros cominatur. Alcaicum constat p̄themimeri iambica & duobus dactylis, ut est hoc. Carmen relaxat tedia pectoris.

Archilochium constat tetrametro bucolico acatale. ithiphallico tribus trochæis, ut est hoc. Linea pastor tibi concidit in profunda ponti.

Galliambicum constat dimetro iambico acatale. & anapæsto vel spondeo cū duobus iambis, ut est hoc. Tenera recrispat aura tremulo sinu freti. Archilochium constat p̄themimeri dactylica & dimetro iambico, ut est hoc. Sydera cuncta micant decore lucis aureo.

Archilochium constat dimetro iambico & p̄themimeri dactylica ut est hoc. In lyeo dediti tympana iam quatunt. Heroicum quoties sonus vltimæ syllabæ similis est præcedentis, ut est hoc. Exercet mentes fraternas grata malis. Cum ȳo extremę syllabæ metri sunt eedena æqui uocum est. Reciprocus heroicus in sotadico quoties ad finem scanus sotadicum facit, ut est hoc. Ire cupis si rus mala vites somnia quæso. Quæso somnia vites si mala rus cupis ire. Reciprocus iambicus in elegiaco est quoties a fine scanus elegiam facit, ut est hoc. Micant nitore tecta sublimi aurea. Aurea sublimi tecta nitore micant.

Euripallicus versus est cum verba pro ut sequuntur syllabis crescunt ut hoc est. Rem tibi concessi doctissime dulcis honorem.

¶ Habes lector manualement in compendio discendi libellum, quem magis probabis si tibi vsus scribendi voluntas exoluat.

IN LAUDEM HENRICI BEBELII POETAE  
Tubingensis F. Vuendelini lectoris Phor  
censis. Sapphicon.

Tu probe taxas vetulos magistros  
Barbaram qui nos docuere linguam:  
Tempora & casus trutinant modosq;  
Significandi.

Construunt vires regimenq; vocum,  
Atq; supponunt vocatiua verbis  
Cum legunt, musam pueros docentes  
Vtriculumq;.

Huc veni, iam iam cupiens profari  
Ore Romano modulos ligatos,  
Quicquid & doctus Cicero soluta  
Condidit arte,

Ergo te doctæ celebrant sorores,  
Te canunt nostri simul & penates,  
Cum suis pæan fidibus resultat  
Viue poeta,

F I N I S:

T. O.

Argentorati. in ædibus Matthiæ Schurerij  
Selestensis Mense Iunio Anno.  
M. D. XIII.

REGNANTE IMPERATORE CAES:  
MAXIMILIANO P. F.  
AVG. P. P.



